

Prædestinatio, ut est gratia per Deum preparatio, sive liberale Dei decretum, quo ab aeterno decrevit Deus, & Angelos, & homines per casum Adami lapsos ad se vocare, & sine ulla meritis propriis fidei, sibi que in filios, & hæredes adoptare, id est, decrevit eos vocare, & deducere ad fidem, gratiam, sanctitatem, omnemque perfectionem, & tandem ad gloriam, & hæreditatem æternam: hæc inquam prædestinatio est duplex: una inchoata, altera completa, & efficaci. Dicitur autem inchoata, & incompleta ex parte Dei, quia omnes Christianos prædestinat ad gratiam Christianismi, in qua si perseveraverint, Christi gratia cooperari voluerint in finem, complebunt suam prædestinationem, & æternam hæreditatem consequentur, quomodo Apostolus vocat omnes Ephesos Christianos prædestinatos.

Completa est sanctorum, & beatorum: nempe tota illa series providentiæ Dei, gratiarum, & meritorum, è quibus hoc effectum, ut prædestinati vocarentur à Deo, & vocati justificarentur, justificati perseverarent in justitia, & perseverantes vitam æternam obtinerent, in qua acceptione Prædestinationem frequenter usurpat Augustinus.

CAUSE.

Indicat Apostolus omnes causas prædestinationis cap. 1. ad Ephesos, dicens. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, &c. En causam efficientem, cum dicit: Qui scilicet Deus prædestinavit nos. Meritoriam, cum dicit: per Christum. 3. Materialem (nam) siquidem ipsi homines sunt, in quibus recipiuntur effectus prædestinationis. 4. Exemplarem, in ipsum, Christum scilicet, cui tanquam capiti conformati nos convenit. 5. Formalem, cum addit, secundum propostum voluntatis sue. Hæc enim prædestinatio est decretum liberale voluntatis Dei. 6. Finalem, addit dicens, in laudem gloriæ gratiæ suæ, id est, ut laudetur gloria, splendor & claritas gratiæ Dei.

EFFECTUS.

Secundum variam acceptiõnem prædestinationis, etiam variè illius assignantur effectus, vel enim est gloria, vel gratia, vel utrumque. Communiter assignantur tres effectus prædestinationis, vocatio, justificatio, & glorificatio, suntque effectus in genere causa efficientis.

Vocationem accipiunt, quæ contingit per gratiam præveniẽtem, habetque effectum in homine per consensum liberi arbitrii, neque interruptitur per culpam mortalem. Atque eodem modo justificatio accipienda est. Glorificatio est effectus, quatenus prædestinatio adjunctam habet electionem ad gloriam, quomodo S. Augustinus, & Fulgentius intelligunt illum locum Pauli, Quos & prædestinavit, illos & glorificavit.

CERTITUDO.

Triplex hæc certitudo potest considerari. Prima consistit in hoc, quod prædestinatus certò & infallibiliter sit perventurus ad gloriam. Oves mææ ait Christus. Joan. 10. vocem meam audiunt, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.

Unde August. 1. de Perseverantia c. 14. Prædestinatio est præsentia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur. Hæc certitudo non oritur ex parte mediõrum seu gratiæ efficacis, quasi Deus conferat prædestinatis tam efficaciter gratiam, ut debeant consequi suam finem: sed ex parte divinæ præsentia, quæ falli non potest. Deus enim per scientiam conditionatam certò, & infallibiliter cognoscit, qui benè, & qui malè usuri sint gratia sibi concessa; & consequenter, qui salvandi, & qui damnandi sint.

Huc pertinet illud 2. Timoth. 2. Novit Deus, qui sunt ejus. Secunda certitudo, qua certus, & definitus est numerus prædestinatorum, & reproborum, colligitur etiam ex scripturis, & Patribus.

2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc. Novit Dominus, qui sunt ejus.

Idem docet Aug. lib. de corrept. & gratia cap. 13.

Hæc certitudo oritur ex præcedenti. Nam ex eo, quod Deus certò, & infallibiliter sciat, quinam benè, vel malè usuri sint donis gratiæ sibi concessis, necessario sequitur, ut etiam sciat, quinam in particulari sint salvandi, qui damnandi; & quantus sit eorum numerus.

Hic disputari solet quantus sit numerus hominum prædestinatorum; & an plures homines, quam Angeli, prædestinati; item; an plures homines prædestinati, quam reprobi.

Expeditur paucis. Quantus sit numerus hominum prædestinatorum, incertum nobis est, & soli Deo cognitum, ut docet Aug. in Enchirid. c. 28. & D. Thomas 1. part. q. 23. art. 7.

Conjectura autem est, quod aliqui dicunt, tot homines esse prædestinatos, quot Angeli corruerunt; vel tot, quot Angeli præstiterunt; vel tot denique quot Angeli creati sunt. Illud verisimile, plures esse reprobos, quam prædestinatos. Arcta enim est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam. Et, multi vocati, pauci electi. Quando de folis fidelibus intelligit D. Gregorius hom. 19. in Evangelia. Unde ex sententia Gregorii dicendum est, inter ipsos Christianos, & fideles, majorem esse reproborum numerum, quam prædestinatorum.

Tertia certitudo, qua consistit unicuique, an sit prædestinatus nec ne; in hac vita, absque speciali revelatione, haberi non potest, ut definitum est in Concil. Trident. sess. 6. c. 12. & canon. 15. Idem docet August. lib. de corrept. & gratia cap. 13. F

AN IN NOSTRA POTESTATE.

Res hæc facile expeditur potest. Effectus prædestinationis sunt tres. Vocatio, justificatio, & Glorificatio.

Vocatio partim est in nostra potestate, partim non est. Ut enim Deus vocet aut præveniãt, & excitet sua gratia, non est in nostra potestate, quia idè dicitur gratia præveniẽs, quod præveniat consensum nostrum. Hoc olim in Ecclesia definitum est contra Pelagianos, in Concil. Arausicano cap. 3. & 4.

Etiam aperte convincitur ex Scripturis. Rom. 9. Non est voluntas, neque currentis, sed Dei miserentis.

2. Corin. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis.

Joan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum. Omitto alia loca.

Ut autem Vocationi, seu gratiæ præveniẽti consentiamus, id est in nostra potestate. Libere enim convenimus, & cooperamur, ut patet ex Concil. Trid. sess. 5. cap. 6. Et manifestè dicitur ex scripturis, quæ sepe nos hortantur, ut Deo vocanti obediamus; cosque reprehendunt, qui obedire non volunt. Ezech. 18. Convertimini, & agite penitentiam. Jerem. 7. Vocavi vos, & non respondistis.

Justificatio est in nostra potestate, quia pendet ex propria dispositione, quæ quis libere se disponit ad infusionem gratiæ justificantis, & aliorum habituum supernaturalium, qui cum illa connexi sunt. Loquor autem de homine adulto, qui jam præventus, & excitatus à Deo est, per auxilium gratiæ actualis. Is enim sicut libere consentire, & cooperari potest Deo vocanti, & excitanti; ita potest se libere disponere, & preparare, ut paulatim capax efficiatur gratiæ sanctificantis.

Hoc satis declarat Concil. Trident. sess. 6. cap. 7. cum aliter justificationem fieri per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum. Et paulò post: Unumquemque recipere gratiam, & justitiam, secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem.

Glorificatio similiter est in nostra potestate, quia pendet ex meritis nostris, quæ libere in hac vita exerceamus. Qui enim post acceptam libertatem, & gratiam justificantem, in bonis operibus se exercet, juxta illud 2. Petr. 1. Satis agite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis; is procul dubio, si in his perseveret, quod cum gratia Dei potest, vitam æternam mercedis loco consequetur, & poterit dicere cum D. Paulo. 2. Timot. 4. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die. Hac consideratione dispellenda est ista phantasia, quæ se nonnulli cruciant, & in desperationem adigunt: Si prædestinatus sum ad gloriam, non possum ab ea excidere; si non sum prædestinatus; quidquid agam, non possum prædestinari; frustra ergo laboro circa me, & ineam æternitatem, auctam jam est, omnia, definita sunt à Deo; alterum quod de me à Deo definitum est, immutabile est, nec à me inverti, aut in aliam partem inflecti potest: Hæc enim est fallax argumentatio; cum utraque ejus propositio in antecedente sit fallax: statuit enim fatum quoddam inevitabile. Sed potius sic argumententur: Si discessero ab

ab iniquitate, & bene vixero, eligar, & prædestinabor ad gloriam; si malè vixero reprobabor, & prædestinabor ad gehennam: benè ergo vivam, ne reprobor, sed prædestiner ad gloriam, & salver: à bona enim vita pendet electio ad gloriam, sicut à mala vita pendet reprobatio, & damnatio; adeoque bona vita electionis, sicut mala reprobationis est causa. Atqui bona, & mala vita est in arbitrio, & potestate cuiusque. In cuius enim arbitrio, & potestate est causa, in ejusdem arbitrio, & potestate est effectus illius causa.

ORDO PRÆDESTINATIONIS.

Juxta varias Theologorum de prædestinatione sententiã, alius, & alius ordo illis constituitur.

Quidam Thomistæ hunc ponunt. In primo instanti vidit Deum totum genus humanum tanquam massam corruptam peccato originali.

2. Quosdam ex illa massa elegit ad beatitudinem, reliquis relictis, & reprobatis propter peccatum originale.

In 3. cogitavit de medijs, quibus electos perduceret ad beatitudinem, & occurrit illi incarnatio Verbi.

In 4. placuit illi hoc medium.

In 5. imperavit, ut ita fieret.

Alii verò hunc assignant. Primò, Deus statuit creare totum genus humanum ad æternam beatitudinem, & simplici affectu desiderare omnes ad eum finem pervenire. Secundo, ex hac voluntate, decrevit illis dare gratiam in statu innocentia, permittens illis liberum usum arbitrii, in quo continetur etiam permisso peccati. Tertio, vidit primam hominem cum tota sua posteritate labi, id est, vidit actualè peccatum Adami, in quo omnes peccaverunt. Nihil adhuc dico de originali in singulis contracto, Quarto volens remedium homini lapsò preparare, prædestinavit Christum, & merita ejus. Quintò, statuit merita Christi diverso modo applicare hominibus. Nam B. Virginem voluit præservare à peccato originali per merita Christi, reliquos omnes permisit concipi, & nasci in originali. Hic rursum divisi sunt. Nam quosdam parvulos reliquit sine remedio, & reprobavit propter peccatum originale; alijs ex sola misericordia baptismum concessit, & ad vitam prædestinavit. A dulcis vero majorum, alijs minorem largiri decreverit; & hoc modo, C. censetur alios elegisse ad gratiam prædestinationis, alios reliquisse cum communibus præsidis. Sextò, absolvet vidit, hos benè usuros gratia, illos malè. Septimò, absolute voluit his dare præmium æternum, illis supplicium, & damnationem æternam.

* HÆRETICORUM DE PRÆSENTI ARGUMENTO DOCTRINA, & diffidia.

Hæreticorum, qui è Calvini schola prodierunt, doctrina ex antiquarum hæresium fragmentis desumpta est. Primùm, quosdam homines æterno Dei decreto ad vitam, alios ad mortem, & interitum prædestinatos, citrà ullum ipsorum meritum. Asserit à Calvinio. Lib. 3. Infit. c. 21. §. 7. Et cap. 22. §. 3. & 11. cap. 23. §. 1.

Secundò, Hoc Dei decretum ita firmum, ac immobile esse, ut tollat omnem arbitrii nostri libertatem in negotio prædestinationis, ac reprobationis: neque ullo modo fit in nostra potestate perire, aut salvari, sic ut inevitabili quadam necessitate hi salventur, illi pereant. Calvin. lib. 3. Infit. c. 21. §. 7. & c. 23. §. 8.

Tertio docent, Deum ex vi illius primi decreti, quo alijs vitam, alijs interitum prædestinavit, absolute voluisse, & ordine fuisse lapsum primi parentis, & totius generis humani: ut proberet occasionem exercendi suam justitiam circa reprobos, & misericordiam circa prædestinatos. Idem Calvin. lib. 3. Infit. c. 23. §. 4. & 7.

Quarto, Christum pro solis prædestinatis, non autem pro reprobis mortuum esse, ac meritum. Idem lib. 3. Infit. c. 22. §. 10.

Quintò, solos prædestinatos, non reprobos vocari ad fidem & justitiam, camque semel habitam non posse amitti. Lib. 3. Infit. cap. 21. §. 7. cap. 22. §. 10. cap. 24. §. 12.

Sextò, solos prædestinatos in Ecclesia esse, & ad eam pertinere. Idem lib. 3. Infit. cap. 24. §. 10. lib. 4. cap. 1. §. 2.

Septimò, Omnia prædestinatorum peccata esse venialia, & non imputari: reprobos autem incitari à Deo ad peccata, ut

damnentur, neque illis unquam ullum peccatum remitti. Calvin. lib. 2. Infit. c. 8. §. 59. lib. 3. c. 4. §. 28. lib. 1. c. 18. §. 12. & 4. lib. 4. c. 1. §. 20. & 21. ubi dicit, nullum peccatum extra Ecclesiam remitti, cum autem in Ecclesia nulli sint reprobi, nullum igitur illis peccatum remittitur.

Ex superiori autem doctrina sequitur illud dilemma, quod miserò miserè torquet, & in desperationem adducit: Aut sum prædestinatus, aut reprobus: Si prædestinatus, certissimè salvabor, quidquid tandem egero: Si reprobatus, necessario damnabor, quocumque me vettero. Fruar ergo voluptatibus quamdiu licet, quia nec obesse possunt prædestinato, & reprobum solari possunt saltem in hac vita.

Refert S. August. 1. de bono Persever. c. 15. quendam Monachum sui monasterii hac argumentatione eò adductum fuisse, ut deserta vita religiosa ad sæculum redierit, & in reprobum sensum dilapsus fuerit. Neque sane habent Calvinistæ quid ad illud desperationis plenum dilemma respondeant.

Lubet tamen hic adtexere, qua ratione medicus quidam illud dissolvit. Historiam tradit Cæsarius lib. 1. cap. 27. quæ sic se habet.

Ludovicus Landgravius propter deploratam vivendi licentiam à viris religiosis correptus, graviterque monitus, ut ad bonam frugem rediret, antequam inopinata morte præveniretur, pro excusatione hoc adferebat. Si prædestinatus sum, nulla peccata poterunt mihi regnum celorum auferre: Si reprobatus, nulla bona opera conferre. Itemque illud: Cum venerit dies mortis meæ, certò moriar. Illum nec benè vivendo potero extendere, nec malè vivendo previnire. Quid factum? Incidit in gravem morbum: medicum ad se vocat. Is ut erat vir prudens, & verborum Landgravi memor; Domine mi, inquit, frustra me vocas: Nam si venit hora mortis tuæ; certò morieris, nec possum te juvare: Si non venit, non indiges mea ope. Quid ita vero inquit, Landgravius? Quin juva me, antequam mors adprepat. Tum medicus, si putas vitam corporis conservari posse, adhibita medicina, cur similiter non credis, vitam animæ juvari posse penitentia, & contritione? Hoc verbo vicit medicus, & Landgraviò persuasit.

Sic medicus. Theologi hoc modo solvunt. Si prædestinatus sum, id est, si à Deo ordinatus sum ad vitam æternam, per certa media, quæ in mea sunt potestate, consequendam; certò consequar vitam æternam, modò illa media adhibuerim. Rursum, si sum reprobatus, id est, si à Deo ordinatus sum ad perpetuos cruciatus propter mea peccata, quæ libere commissurus sum; certò damnabor, si illa peccata committam, & ab iis non abstineam.

Hæc solutio reddit animum tranquillum, & pacatum. Neque eum, qui in peccatis est, facit desperare; nec ei, qui justus est securitatem promittit. Quin potius utrumque monet, ut cum timore, ac tremore salutem suam operentur. Ita Becanus in Opus. controv. de Prædestinatio.

* OCCASIONE EJUSD. ARGUMENTI PSEUDO-SYNODUS NUPER celebrata.

Doctrina Joannis Calvinii de Prædestinatione, & illorum, quæ hanc illustrant, & explicant, quod apertam impietatem involvere, omnibusque sceleribus januam aperire quibusdam etiam ejus sectatoribus videretur, primum displicere, tum denique palam explodi cepit, ortaque gravissima ejusdem sectæ circa hoc argumentum dissensio mox fuit, cum plerique sibi à tam enormibus paradoxis recedendum rati, Jacobum Arminium Professore Leydensem antesignanum suum secuti, & ab eo Arminiani vocati fuere: illi eadem mordacitè tuenda cum suo Stratego Francisco Gommaro insuper Professore Leydensi asseverarunt: quibus nomen etiam Gommaristarum adhaesit. Quamvis priores à Libello Ordinibus, exhibito Remonstrantes: posteriores Contraremonstrantes fuerint appellati.

Res autem post longas altercationes eò devenit, ut huic dissidio componendo Synodus Nationalis, ita eam vocabant, in Spiritu prælatorum Ordinum indicta fuerit Dordraci in principe Hollandiæ oppido, quæ quidem inchoata mense Novembri anni 1618. & terminata in Maio anni 1619. In qua cum jus suffragii sibi per vim arrogaret Contraremonstrantes alii potentiores, facile pro illorum impietate Synodus stetit, cum ipsi eam constituerent, partisque, & Judicis munus sustinerent.

Summaria verò eorum, quæ hic potissimum excussa, A quinque propositionibus, five capitibus comprehendebantur.

Primum erat, De ipsa prædestinatione, & reprobatione. 2. de universalitate meriti mortis Christi. 3. & 4. de gratia Dei, & conversione hominis. 5. de perseverantia.

IDEM ARGUMENTUM OLIM IN ECCLESIA EXCUSSUM, ET DOGMATA Hæreticorum de eodem condemnata. Ubi & de hæresi Prædestinatorum.

Reperiuntur in Epistola Faustii ad Lucidum, approbante toto Concilio Arclateni III. circa annum Domini 524. tanquam Catholicæ Fidei Canonis ejusmodi.

Anathema illi, qui per Dei præscientiam in mortem deprimi hominem dixerit. Item Anathema illi, qui dixerit, illum, qui perit non accepisse, ut salvus esse posset, id est de baptizato, vel de illius ætatis pagano, qui credere potuit, & noluit. Item anathema illi, qui dixerit, quod vas conculcæ non possit assurgere, ut fixas in honorem.

Item in Confessione Lucidi exhibitâ Concilio Lugdunensi: Damno sensum illum, qui dicit, quod præscientia Dei hominem violenter compellat ad mortem, vel quod cum Dei perant voluntate, qui pereunt. Item qui dicit, alios deputatos ad mortem, alios ad vitam prædestinatos. Fucrat enim Lucidus iste ex hæresi Prædestinatorum. Fucrat enim Lucidus iste ex hæresi Prædestinatorum, qui ut refert Sigebertus in Chronicis circa annum Dom. 415. dicebant, nec pietè viventibus professe bona opera, si à Deo ad damnationem præfati essent, nec impius obesse, etiam si impiè viverent, si à Deo prædestinati essent ad vitam.

Idem Capitulum hæresis Prædestinatorum habet Prosper in Responsionibus ad Capitula Gallorum, Augustino imposita, quorum primum ita habet: Quod ex prædestinatione Dei velut fatali necessitate homines ad peccata compulsi cogantur in mortem.

Quoad errores de morte Christi in Anathematismis supra citatæ epistolæ Faustii ita reperitur: Item Anathema illi, qui dixerit, quod Christus non pro omnibus mortuus sit, nec omnes h omnes salvos esse velit.

Et in confessione Lucidi supra dicta: Damno sensum illum, qui dicit, quod Christus, & Salvator noster mortem non pro omnium salute suscepit.

Errores etiam de gratia Christi damnati olim fuerunt. Estque de his anathematismis Faustii: Anathema ergo illi, qui inter reliquas Pelagii impietates, hominem sine peccato nasci, & per solum laborem posse salvari, damnanda præsumptione contenderit, & qui cum sine gratia Dei liberari posse crediderit.

Et in confessione Lucidi damnatur, qui dicit, post primi hominis lapsum ex toto arbitrium voluntatis extinctum; & asseritur, gratiam Dei ita esse statuendam, ut annisum hominis, & coronatum ei semper adiungamus.

Quoad perseverantiam dicit idem Lucidus: Afferro periclitari eum, qui salvus est, & cum, qui perit, potuissè salvati.

* GUMMARISTARUM, ET ARMINIANORUM, five, ut seiplos vocant, CONTRAREMONSTRANTIUM, & Remonstrantium circa Prædestinationem, & reprobationem opiniones, & errores.

Gummaristarum opinio fuit ante Synodum, quam tamen in illa non nihil immutatum, ipso factò declarantes, Ecclesiam suam antehac non ita fuisse reformatam, quin à deformitate doctrinæ sibi à Spiritu [ater anabul fuerit, ignorasse se constiterit Zuinglijus;] contradictionis tradite postliminio poterit reformari; sine consideratione peccati ad interitum majorem hominum partem Deum destinasse. Constat ex variis eorundem Tractatibus, quos citat Specimen Amsterodamense, & fuit sententia Calvinii l. 3. Instit. cap. 2. §. 5. & cap. 23. §. 6. cap. 22. §. 3.

Alii supposito communi lapsu in Adamo ita relictos docent reprobos, ut non nisi interire poterint, sine ullo nimirum remedio Mediatoris: sic ut hæresim Prædestinatorum amplexi fuerint Contraremonstrantes.

Deinde volunt, prædestinatos irresistibiliter à Deo moveri ad bonum, reprobos five salvatore, & remedio salutis relinqui in miseria originalis peccati, quod per Adamum incurrerunt. Cap. 1. art. 6. & 15. Synodi, & cap. 2. art. 8.

Denique Prædestinatos, qui non sunt ex numero reprobatorum, certos esse de sua prædestinatione. Cap. 1. art. 12. & inter reprobos, art. 7. cap. 5. art. 9. 10. 15. idque ex fiducia in verbo Dei commendata.

Arminiani verò, five remonstrantes, nullam aliam agnoscunt Prædestinationem, aut Reprobationem, ut constat ex statu Controversiæ de primo articulo, quem exhibuerunt Synodo; quam quod Deus, quos scientia visionis videt credituros, bene operaturos, & perseveraturos, statuat donare vita æterna: sicuti quos videt non credituros, sed peccaturos, & in peccato suo morituros, decrevit in æternum damnare.

Secundum, Remonstrantes itaque Deus ad gloriam suam decrevit creare hominem ad imaginem suam. Deinde, Legem ei posuit possibilem, cum comminatione mortis, si prætergredereetur.

Terzio, Cum liberimè transgressus esset eam homo, seque & posteros malo mortis, & condemnationis involvisset, manserit quidem erga eum affectus misericordie in Deo ad ipsum liberandum, sed obstabat justitia, & veritas comminationis, & etiam voluntas ostendendi, quod ipsi displiceret peccatum, & justitia placeret.

Quarto, Mediatorem itaque constituit, qui justitia pro peccatoribus moriendo satisfaceret, & jus acquireret, certa lege salutem, & vitam æternam eis conferendi.

Quinto, Considerata moere ista Mediatoris, decrevit Deus, ut qui in eum perseveranter crederent, salvarentur; qui crederent nollent, & in infidelitate perseverarent, damnarentur.

Sexto, quia verò ex seipsis non poterant credere, & perseverare, Deus eis decrevit media ad hoc necessaria dare, eoque qui eis perseverando usque in finem uterentur, salvare decrevit, & non ucentes, sed in sua infidelitate manentes, aut saltem morientes decrevit damnare.

Itaque Remonstrantes deficiunt in explicanda prædestinatione, ejusque causa, & effectu.

Plura de erroribus tam Contraremonstrantium quam Remonstrantium circa materiam prædestinationis, & Reprobationis, aliaque inde dependentes: ac præsertim de Synodi Dordracenæ prædamatis hæresibus, reperiet Lector in Antiquis notis Joann. Maldersii ex S. Theologia Lovanii Professoris, Episcopi Antuerpiensis. Continuit enim eruditus antediversiones in decreta istius conventus, quem illi per catachresin Synodum indignam Nationalem ac potissimum quinque doctrinæ capita inter Contraremonstrantes, & Remonstrantes controversia examinat.

Subtiliores Quæstiones de præsentis Argumento subtiliori Scholasticorum Scholæ relinquimus: atque omnibus serid inculcamus saluberrimam illud D. Augustini pronuntiatum, & monitum: si non es prædestinatus, fac ut prædestineris.

Superioribus omnibus coronidem addat idem S. Augustinus hoc modo scribens: Nabuchodonosor penitentiam meruit fructuosam. Nonne post innumeras impietates flagellatus penituit, & regnum, quod perdidit, rursus accepit? Pharaon autem ipse in flagellis durior est effectus, & perit? Hic mihi rationem reddat, qui divinum consilium nimium altè sapientique corde judicet, cur medicamentum unius medici manu confectum, alii ad interitum, alii valuerit ad salutem, nisi quia Christi bonus odor alii est odor vitæ in vitam, alii est odor mortis in mortem. Quantum ad naturam, ambo homines erant, quantum ad dignitatem, ambo Reges: quantum ad causam, ambo captivum Dei populum possidebant: quantum ad penam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo finis eorum fecit esse diversos, nisi quod unus Dei manum sentiens in reformatione propria iniquitatis ingemuit alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio? Aug. & bab. 23. q. 4. can. Nabuchodonosor.

Et iterum: Valis ira nunquam Deo redderet interitum, si non spontaneum inveniretur homo habere peccatum. Quia nec Deus peccanti homini justè inferret iram, si homo ex prædestinatione Dei cecidisset in culpam. Ibid. §. 1. v. 15.

Deni-

Denique: Nemo venit nisi tractus. Quare illum trahat, A nolivelle judicare, si non vis errare. Semel accipe. & intellige. Nondum traheris, ora, ut traharis. Ramum viridem ostendit ovi, & trahis illum: nucus puero demonstratur, & trahitur, & quò currit, trahitur, amando trahitur, sine læsione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur. Idem super Joan. bom. 27.

Prædicatio. Prædicator.

Vide CONCIO.

* Præguftatores.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA, USUS.

Præguftatores Romanis, five præguftatores Græcis, dicebantur præguftatores. Erantque, qui cibos, potumque, vel primum in mensa traherent, præguftabant, vel postquam jam triclinio, mensæ illi fuerant. Fuitque ea consuetudo antiqua tam Græcis quam Latinis usque ad viros Principes, propter veneni suspitionem. Nam ut rectè Juvenalis:

Nulla aconita bibuntur Filiiibus, tunc illa times cum pocula sumes Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro

Eaque reor factum, ut Principes fidelissimos ministros ab epulis semper habeant, qui cibum mensæ impositum, & dilectum præguftent. Immo quod in perisicis aulis observatur, nam secum adducunt, cui frustra præguftata obiciunt.

Tacitus Heloti meminuit, qui cupas inferre, gustuque explorare solebat. Xenoph. in Lib. qui inscribitur Hiero, vel Tyrannus, inquit, Neque cibis, neque potui confusus bibit, sed primum horum primitias Diis perolvat, ministri securitatis gratia gustare jubentur, ne quid mali in his bibant, vel comedant.

Alexandro Magno ab Jola Antipatri filio præguftatore venenum esse portectum, referunt historiz.

Alludit ad hunc præguftandi morem Juvenalis Satyr. 6. Mordeat ante aliquis, quidquid porrexerit illa, Que peperit, rimidus præguftet pocula pappas.

Item Horatius in illo Apologo muris urbani, rusticum hospitio excipientis, Lib. 2. Epist. Sat. 6. ait:

nonne vernaliter ipsi Fungitur officii, & prolabens omne quod offert.

ut scilicet hospitem ab omni suspitione veneni, quo apud rusticos non laboratur, eximeret, & ad liberalius epulandum invitaret, inquit Lambinus.

* Prælatus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

ITEM USUS VOCIS.

Prælatus juxta etymon nominis à præferendo deducitur, & significationem suam habet. Estque generali notione is, qui cæteris præferatur: vel in quo inest ratio honoris, aut præminentia: alicujus excellentioris: & intelligi potest tam de his, qui secularium obviunt dignitatem, quam de illis, qui Ecclesiasticam.

Verum in Jure strictior est Prælati acceptio, & significatio: ac secundum Abbates in cap. Decernit de Judic. non. 16. & Gloss. in cap. eodem, prælati nomen ad Ecclesiasticos dumtaxat extenditur, & intelligitur de illis, qui Jurisdictionem ordinariam habent, ut sunt Episcopi, Abbates, & alii Judices ordinarii Ecclesiastici. Atque hi propriissime sunt Prælati.

Propriè etiam, quamvis Abbas dicat minus propriè, secundum Bartholomeum Puumum in summa, dicuntur Prælati, qui in Ecclesia sine Jurisdictione preterogativam, & honorificum obtinent gradum, ut Archidiaconi, Archiepiscopi, Decani, Plebani, & similes, cap. 1. de etat. & qualitat. ordinandorum, cap. Romana, §. Nec etiam de foro com. in 6.

Igitur illi Religiosi, qui monastici Conventus, five cœnobii sui totam curam, & administrationem cum Jurisdictione ordinariam habent, etiam inter Prælatos accensendi veniunt.

Latissime vero Prælati nomine etiam intelliguntur, qui habent curam animarum. c. Tua, de cler. & groy.

Prælati Ecclesiastici insignia sua habent, quibus ab aliis inferioribus, & non Prælati fecerantur. Quomodo Episcopi, etiam plerique Abbates; mitram gestant, & baculum, five pedum: Annulum quoque, & Rochetum, sed hæc aliis etiam Prælati communia sunt. Quin usus obtinuit, ut in Cathedralibus omnes dignitatem obtinentes, alibi omnes Canonici, ut modo Antuerpiæ; Rochetum induant, & Proconnotarii Apostolici annulum quoque gestant, & arina gentilia galero Episcopali nigro adornant, unde constat, standum in his consuetudini locorum, & temporum.

AD PRÆLATORUM REQUISITA.

Prælati Collegiorum, & Conventuum, qui per electionem tales sunt, & jurisdictionem suam accipiunt, debent legitime eligi, & per Superiorem confirmari. c. nihil, de elec.

Debet quoque ad minus esse Clericus, quia aliter Jurisdictio in spiritualibus in eum non caderet, ut in c. cum causam, de præscript.

Insuper habere debet Jurisdictionem ordinariam in foro contentioso excommunicandi, secundum Puumum in summa.

Requiritur in Prælato magnanimitas, sed sine pœnitentia; ut suam dignitatem apud alios tueatur, qualem Moyses exhibuit cap. 16. Numer. & alibi. Quomodo narrat Plutarchus de Fabricio Romano, qui Pyrrhum devicit, quod cum senex equo ad filium jam consulem contenderet, jusserit cum filius equo descendere, & se Consulem venerari, quem amplexus pater: Rectè inquit sapis, fili, sentiens quibus prælis, & quantam imperii majestatem sis adeptus.

Sic Paulus monet Timotheum, ne se patiatur contemni, ut etiam Titum Episc. Cretensem. c. 2. vers. 15.

Idem Paulus suam dignitatem contra obtrectatores defendit tota Ep. 2. ad Corinth.

Denique requiritur in Prælato bona fama, idque pro aliis, ut cum omni imperio valeat præfere.

Exempla petantur ex loco de Fortitudine, Concione, Martyrio. Item ex loco de Episcopis.

PRÆLATORUM FORUM COMPETENS.

Circa forum, & Judicem ordinarium Prælatorum nihil peculiare occurrit, quam Inferiores judicari à Superioribus, quibus subordinantur, nisi per exemptionis privilegium ad alium recursum habere possent, ut super ea re concordata quædam inter ipsos, & Principes facultates inita forent, quorum tenor esset servandus. Ita olim inter Carolum V. & Episcopum Leodiensem, & Cameracensem concordata inita constat, in quibus statutum, quod Abbates, & Abbatissæ, & hujusmodi dignitates, que membrum Ecclesiasticum statuum Brabantia representant, (quod in Imperio etiam observari refert Gail. l. 1. observat. 30.) activè, & passive eos Judices foriantur, coram quibus de consuetudine antiqua stare juri consueverunt, nempe coram Duce ipso, seu ejus consilio in Brabantia. Quamvis ea Jurisdictio non sit exclusiva Ecclesiasticæ, ut si quis eos coram Ordinariis Locorum voluerit convenire, nisi exempti ab eorum Jurisdictione fuerint; hujus conventionis inuitu possint declinare. Ita F. Zyprius in suis Analyticis postremi juris Ecclesiastici, lib. 2. cap. de foro competenti.

PRÆLATUS ECCLESIASTICIS HONOR EXHIBITUS.

Poterunt hic transferri pleraque hujus argumenti exempla ex loco de Pontifice, Sacerdotio, Ecclesia. Tit. Ecclesiasticæ persona.

Quod ab Attila actum, in mentem revocat pari factò singularem Theodosii Senioris in parendo promptitudinem, qui ab Ambrosio Mediolanensi Episcopo thecæ prohibitus templo, nisi ante pro innocuo sanguine, quem Theflalonica: & in Pannonia sparserat, Deo palam sacriscessisset, eam notam patienter, atque humanè tulit: neque ante redire ad templum est ausus, quam is, quæ Ambrosio ad criminis emendationem injuncta fuerant, peractis: quo tempore Ambrosius templo cum, atque divinis omnibus inhiuit. Hæc igitur re nonne humanam fidem superare videtur, ut Imperator juvenis victor à fene-

scire facerote sibi subito publicè erroris sui impune argueretur? Adeo enim aetate nostra neglectus crevit, ut vix plebei ordinis vir laturus fuerit, quod orbis terrarum Dominus non solum æquo animo tulit, verum etiam humiliter petita venia obediendo implevit. Itaque qui armis inter mille discrimina adversus tyrannos, atque Imperatores augustalem maiestatem illæsam servarat, non modo de contenta animi magnitudine nihil amisit, cum lacrymarum plenus Ambrosii pedibus se provolvit; verum omnium vichoriarum suarum, qui seipsum vicit, triumphos superavit. Merito igitur & Ambrosii auctoritas Metel. Rom. Pont. & Theodof. Posthumii Consulis religioni, quos tantopere antiquitas laudavit, præponitur. Siquidem Consulem plus Senatus, ac populi respectus, ut Pontifici pareret, quæ religio videri potest, movisse: at Theodosium, qui nihil inter mortales supra se norat, ut Ambrosii Episcopi audiens dicto esset, nihil profecto, nisi religionis cultus, & Dei reverentia, movisse dici debet. *Baron. tom. 4. ann. 390.*

In ordine nostro post Theodosium Edgarus Britannia rex sequetur, quia etiam in Religione colenda ei haud dissimilis fuit: nam cum virginem deperiret, quam in Vincennesis monasterio viderat educari, quæ ut virginitatem, ac Regis injuria tueretur, velo unius ipsius monasterii monacharum se texerat: neque ob id ab injuria Rex desisteret, profectus ad eum Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus, ceu Nathan ad David Regem reprehendendum, porrigentem in congressu dextram suam honoris gratia Regem à contactu repulit: tanquam Regis incestum indignus, qui sacerdotem contingeret, videretur. Quam notam non solum patiemer tulit Edgarus, verum agnito errore, in quem nimia libidine victus inciderat ad sancti sacerdotis pedes prostratus, lacrymabundusque criminis veniam petiit: & cum pœnæ loco ei, ut à gestando diademate ferè annos abstineret, & facris quoque Virginibus monasterium conderet, inunctum esset, obediens ea peregit. *Fulgof. lib. 1. cap. 1.*

Hentius Imp. ejus nominis primus, quoscunque poterat scire viros justos, eos audire cupiebat, atque colere fategabat, eorumque capessere consilia, & monitis parere non negligebat: ut accidit, cum eundem ad se venientem C. Popponem excepit; de quo Everhelmus in vita ipsius: ab illo vero tam magnificentia, quam honorificentia regia Poppo est susceptus, utpote qui primum amicitia locum inter ceteros jam apud eum fuerat adeptus; cuius etiam sanctitatis humilitatem, mansuetudinem Imperatoris in amorem sui ita accendit, ut etiam reverentia dicente, magis parete quasi ad iussa ab eo visus fuerit, quam rogata ab illo implere voluit. Contigit etiam ludis histrionum Imperiales tunc fores occupari, atque eo spectaculi genere Regem cum suis delectari. Urbs enim nudus quidam membra melle perunctus exhibetur: illo plurimum pro periculo sui timente, ne forte ab istem urbis ad ossa sua melle consumpto perveniretur. Porro Rex eisdem spectaculi amore in oculis suis ita captus tenebatur, ut male providus pro periculo viri parum esset sollicitus. Unde super tam iniqua in Christianum illusionem Regem B. Poppo redarguit, eumque ab hoc spectaculo suis cum optimis moribus mox compescuit; tum etiam à periculo ursum vitum liberavit: & ne id ultra fieret, arguendo & obsecrando obtinuit. Henricus enim Imperat. D. tam observationi, quam correptioni ejus humiliter paruit: & quem honorificè ad se venientem susceperat, honorificè etiam à se digredientem dimisit. *Baronius tom. 11. Annal. ann. 1014.*

CONTEMPTUS VINDICATUS.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Cum adversus Moysen, & Aaron Sacerdotes Dei, insurrexissent tres Ministri Core, Dathan, & Abiron, inusitato supplicio & ipsi, & eorum omnia tertia hiatu absorpta sunt. *Nun. cap. 16.*

Maria ipsa foror Moysis, quia contra eum murmuraverat, lepra percutitur. *Nun. 12.*

Samulem Judæi spreverunt, vel Deum potius in illo: ait enim Dominus: Non te spreverunt, sed me: ideo ut hoc ulcisceretur (ait Cypr. *Lib. 3. epist. 9.*) excitavit eis Saul Regem, qui eos iniuriis gravibus affligeret, & per omnes contumelias, & pœnas superbum populum calcaret, & premeret, ut con-

temptus sacerdos de superbo populo ultione divina vindicaret. *1. Reg. 8.*

Saul ipse, quia Samueli Propheta non obtemperavit, reno excidit. *1. Reg. 31.*

Achab propter contemptum, & in vincula coniectum Michæam Prophetam, in bello occisus est. *3. Reg. 22.*

Amasias Rex Juda quia Prophetam Dei contempnent dixit: Num consiliarius Regis es? tace, ne interficiam te: traditus fuit in manus Joas Regis Israë, omnibus rebus spoliatus, postquam à suis interfectus. *1. Paral. 25.*

HISTORICA.

Fridericus Barbarossa, qui multis annis Ecclesiam Dei persecutus est, in Sedem Apostolicam superbus, ac rebelis valde, quadam die calore æstus, cum lavandi gratia ad quendam descendisset fluvium, rapidum amnem inexploratum ingreditur: tantorumque exercituum Imperator in undis perit. *Joan. Naucler. Chronograph. vol. 2. generat. 40. ann. 1189.*

Post obitum Childeberti Regis Clotarius Germanus ejus regnum, filibus ejus, accepit, solusque totius Francorum regni monarchia potitus est. Cum S. Germanus ad gloriosum Regem occurrisset, nec tamen de sancto viro flante ante palatium ei fuisse indicatum, mora facta ante vestibulum non præsentatus domum revertitur. At sequens nox confectus in oratorio vigiliis ducitur: Rex dolore, atque febris infestatione torquetur. Vix primo diluculo ad domum Pontificis, ac proceribus concursatur: pœna Regis exponitur; & ut sua visitatione Regis doloris vium mitiget, optimates deprecantur. Mox apud pietatis virum injuria causa postponitur: & qui ante nec nuntiabat, intrat jam honoratus, & exoratus palatium visitat. Tunc Rex vix affurgens de lectulo exiit se divino flagello conquiretur, allambitque palliolum, & vestem sacerdotis dedit gaudens per loca doloris: culpam namque confessus est criminis, & sic dolor omnis fugatur. Itaque actum est, ut ejus incurtebat de contemptu periculum, sentiret de contactu remedium. *Fortunat. in vita S. Germani apud Surium, tom. 3. & Baron. tom. 7. ann. 502. 3.*

Ciis Regina impia Felitem virum suum à clementia remediis semper revocabat. Hæc ergo inter cetera iniquitatis suæ contagia etiam rebaptizare Catholicos alios conata est: sed ob sancti reverentiam Severini, non consentiente viro, à sacrilega quanticos intentione desecit: Romanos tamen captivos, scilicet ditis conditionibus aggravans, quos tamen Danubio jubeat abduci. Nam cum quadam die in proximo à Favianis viro veniens, aliquos ad transferrum Danubio præcepisset, vilissimis scilicet ministeris servitibus damnandos; ditigens ad eam vir Dei, ut eos dimitteret: postulat. Verum illa facibus foemine furoris exstans, mandata reportari iussit asperima. Ora (inquit) tibi serve Dei, intra cellam tuam delitecens: liceat nobis de servis nostris ordinare quod volumus. Audiens autem hoc homo Dei: Confido (inquit) in Domino meo Jesu Christo, quod necessitate compelleretur explore, quod prava voluntate despexit. Velox itaque secuta correptione prostravit animos arrogantis. Quodam enim aurifices barbaros pro fabricandis regalibus ornamentis clauserat archæ custodia (nam eos jure servitibus possidebat invidos) Ad hos filius memorati Regis admodum parvulus, nomine Fridericus, eo die, quo Regina servum Dei contempserat, puerili motu concitus introivit. Tunc aurifices pectori infantis gladium imposuere, dicentes, quod si quis ad eos absque juramenti præsidio, quo vita cum libertate promitteretur, ingredi conaretur, parvulum regium primitus transfigentes, semetipsos postea trucidarent; quippe cum sibi nullam spem vita promitterent macerati diuturnis ergastulis. His auditis Regina crudelis, & impia, vestibus præ dolore confissis, talia clamabat? O serve Dei Severine, sic, sic à Deo illata vindicantur injuriæ? Hanc mei contemptus ultionem effusis precibus postulasti, ut in mea viscera vindicaret? Itaque multiplici postea trucidarent, ac miserabili lamentatione discurrens, factebatur se pro scelere contemptus, quod in servum Dei commiserat, plaga præsentis ultione percelli: confestimque directis equitibus, veniam poscens, Romanos, quos eadem die tulerat, pro quibus & rogantem contempserat, transmisit. *Eugipp. in vita S. Severini. cap. 8. apud Baronium tom. 8. ann. 473. 6.*

* Praelium.

* Praelium.

PUGNA, CONFLICTUS.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Praëlum est conflictus, sive dimicatio, quæ committitur in bello, unde & partem belli Nonius appellat. Græcis dicitur μάχη, & μάχη, & μάχη. Atque à prebendo nonnulli derivant, quod pugnano hostes invicem premant: alii à prælo deducunt, quod in prælis solcat sanguis è vulneribus stillare: perinde ac si prælo corpora comprimerentur, utraque interm hæc notatio satis absbna videtur.

Istorius lib. 18. cap. differenciam ponit inter Bellum, Praelium, & pugnam. Quod bellum dicatur univèrsum, ut v. g. Punicum, Romanum: Cujus proinde partes sunt Pugna, ut Cannensis, Ticinensis. Rursum in una pugna sunt plura prælia, nam alud in cornibus, in media acie aliud, denique in extrema aliud geritur. Ita ille.

Multi ad præsentem Locum transferri possent, ex Locis de Bello, Exercitatione, & Stratagemate, & similibus.

QUÆ IN PRAELIS, SIVE CONFLICTU OBSERVANDA?

Ex Onofandri Vegetii, & Leonis Imp. Philosophi monitis.

ANTE CONGRESSUM ORANDUS, ET CONSULENDUS DEUS.

Priusquam Onofandri super hæc re monita tradamus, opera pretium erit exempla aliquot fidelium adducere, ne quis ab Ethnicis hic eos superatos persuasum sibi habeat.

Pugnaturus Moyses adversus Amalechitas, ad Deum cum Aaron, & Hur confugit in verticem montis. Sic ut eo manus levante, vinceret Israë: dimittente paululum, vinceretur. *Exod. 17.*

Josue populi ejusdem Ductor nunquam adversus hostes dimicaturus processit, nisi prius consulto Domino, & populo sanctificato. Exempla recententur *Josue cap. 3. 6. 8. 10. 11.*

Idem etiam præstiterit post mortem Josue Filii Israë, requirentes à Deo alium principem in demortui locum, *Judic. c. 1. & 4. Item cap. 5. 9. 11.* ubi variæ recententur victoriae: per eisdem in nomine Domini obtentæ.

Ejusdem pietatis exemplum præbuit Judith in obsidione Bethulæ. *Judith. cap. 9. & 10.*

Sic & Propheta Regius frequenter legitur ad Deum confugisse, quando hostis imminerebat, aut dum eum eodem erat congressurus, ut constat *ex Regum historia.*

Atque id inter fideles observatur, ut inriti discrimen cum hoste, tam Principes quam gregarii per confessionem se expient, & salutari viatico armentur, Deoque se, suosque conatus serâ oratione commendent.

Quod minus in istis mirandum, si mentem, & oculos conuicimus in Ethnicos, quorum irreligiosam religionem hac in re, nullo negotio quis elicit ex monitis *Onofandri*, quæ sequuntur.

Neque unquam inquit in *fn. c. 10. Stratageticæ*, ad expeditionem, aut conflictum copias componat Imperator, nisi prius facris ritè peractis. Ideoque popis, ac vatibus comitatus inceptat. Optime etiam fieti perire ipsemet extra inspicere faciat: totamque artem addidit hæc difficulter poterit, indeque à se figno consilium capere: & si quidem in extis læta, & lausta signa conpererit, tum demum ad rem aggredietur, omnesque Duces ad extorum quoque inspectionem advocet, ut ipsa deinde militibus suis animos addant, ac renuntient. Dis juvantibus, ac volentibus prælium iniri. Milites enim multo audaciores, & alacriores esse solent, cum pericula subire te existimant Diis auctoribus: ac singuli, quasi victoriam certo adepturi, & signa, & imperia pro virili parte observant. Cumque hostia pro univeris pulchre litatur, singulis etiam quæ de suis rebus trifidus aliquod ominabatur, securiores, fortioresque fiunt. Si vero periculum sacrificia minentur, factis erit subsistere, atque expectare, etsi luctuose calamitates imminere videantur. Nihil enim infelicis eveniat eo, quod

numinum ostentis commonstratum est. Si quid autem latius futurum erat, litari necesse fuit. Itaque plures hostie eodem die mactandæ. Hora enim una, & brevillimum temporis momentum, sive importunam occasionem præcipias, sive opportunam amittas, non parum obesse potest. Et mox quidem iudicio extipicina, alio quodam contemplationis genere, astroorum in cælo motus, ortus, occasus, figurarum triquetras, quadratas rectilineares, sive ex diametro inclinationes, & controuersiones imitari, ac repræsentare videtur. Eorum certè per brevillima momenta variæ vires, ac significationes, dii unius, immò horulæ spatio, & Reges faciunt, & captivos. Enim verò quia extorum inspectio consulentibus fausta omnia de pugna committenda plerumque promittit, totus tamen exercitus in ipsa pugna perniciem demonstrat, operæ pretium fore existimo hæc de re nonnulla dicere.

REFICIENDUS CIBO MILES.

Si Castra Imperator contra hostile vallum posuerit, iuxta cœna temporè parata sit accurare debet, si quidem penes eum sit copias, quando volent ad conflictum educere, horam cibisumendi, ut lubebit, militibus imperet. Si verò in hanc necessitatem adactus sit, vel propter locorum quadam incommoda, vel minus validam valli munitionem, vel aliam ob causam, ut pro arbitratu hostium cogi possit arma sumere, atque in pugnam prodire, minime vereatur etiam matutinis horis prædium signum militibus dare, ne jejunos ad certamen educere cogatur. Nam haud quaquam parvi pendenda, aut negligenda rerum istarum cura. Militès enim sobriè præsi, nec nimio fatietatis onere ventrem sufferti, solent esse in prælis fortiores. Nec rarenter profligati sunt exercitus, deficientibus nimia esurie viribus, quando scilicet, non momento, sed nocte sera adveniente certamen dirimitur. *c. 12. Stratag.*

QUÆ IN PUGNA IMPERATORI FACIENDA.

Imperator interdum expeditus in equo, si in dextro suorum cornu sit, exclamet: Milites qui in lævo sunt, dextrum hostium cornu vincunt. Si in sinistro sit, dicat superiores esse in dextro, sive id ita verè fiat, sive fecus. Necessarium enim mendacium dici oportet, certamen ubi exitit ingens. Item si longiusculè distitit sit hostium Dux, aut in altero cornu, aut medio agmine versetur, rursus vociferari debet: Occubuit hostium imperator, sive ille Rex, sive quocumque alio nomine vocetur. Et hæc contenta voce ita profrenda sunt, ut hostes quoque exaudire possint: Commilitones enim qui suos virtute bellica præstantiores hostibus esse audiunt, duplo fortioribus, ac promptioribus animis roborantur, contra hostium vires, strage suorum percepta, metu debilitata concidunt. Quin & aliquando ad hujusmodi rumorem illico in fugam sese dant, Tantum persæpe utilitatis asfert, suos & hostes juxta decipere; illos quidem fausto, istos verò luctuoso mendacio. *Idem c. 23. Stratageticæ.*

Videat etiam Imperator, ut exercitus armis splendidibus instructus fulgeat. Quod facili negotio fiet, si gladiatorum mucrones probè acuantur, & galæ, loriceque frequenter abitergeantur. Milites enim quasi micantibus armorum scintillis terribiliores apparent: multaque per oculos species in animos delapsæ perterere adversarios solent. *Cap. 18.*

Idem post: Committantur copie cum jubilatione, & barritu, & aliquando etiam concitato cursu. Nam & ad spectus, & clamor, & rigidi armorum horrores, hostium mentibus terrorem, stuporemque incutunt. Priusquam verò ad manus veniant milites, denso agmine supra capita sua gladios sustollunt, eosque ad solem crebro crispant. Nam expolita cuspides, fulgentesque enses solis radiis elsi, ac reperculsi, mutua coruscatione horrendum quasi belli fulgur vibrant, & epulantur. Et hæc quidem si ab hostibus fiant contraria quadam arte ipsi perterrendi sunt; sin fecus ita priores percellendi. Nec parum aliquando confere temporis opportunitatem expectando, non statim instructis præpropere scintillatione copias accelerare, sed propter vallum manere, donec hostilem prociatum qualis ille sit, quibuscumque in locis, stet, & exploraverint. *Idem cap. 9.*

Idem ad huc: Atque tunc quidem meditari debet Imperator, quosnam, & quibusnam in acie ordinanda opponi oportere censeat, & quo tandem modo imitari quoque prudenter medicum, corporis morbo ante persepcto medicinam facientem: ac denique copias suas educere, ut conducibile fore existimaverit. Etenim persæpe Imperatores exercitus suos pro adversariorum armatura, hominibusque, atque etiam majorum moribus ornare, & ordinare coguntur. *Cap. 30.*

Idem:

Idem : Imp. si hostium copias equitum multitudine suis fo-
 A re potiores animadvertat, seligat, si possit, loca ardua, &
 angusta, & montibus adiacentia, minimè que equitavi per-
 via; aut pugnam, quantum poterit, subterfugiat, donec in
 opportuna suis rebus loca pervenerit. Relinquantur etiam ad
 vallum nonnulli, qui castra, & impedimenta custodiant, ne
 si hostium Imperator sola, ac deserta illa esse comperit, ali-
 quos alleget, qui obvia quæque diripiant, regionemque illam
 occupent. *Cap. 31. Stratageticæ.*
*Leonis Imp. & Philosophi ad Filium super præliorum congres-
 su monita, & documenta.*

Ex editione nupera Joann. Maffi, & Sixti Aevii.

1. Turmarchæ ut banda omnia integra sint; atque ad usum
 militarem apta, ante diem belli unum, atque alterum præ-
 parabunt, atque adco bandophoris, id est, signiferis cohorti-
 um dentur. Cohortis unusquisque comes sua constituat con-
 tuberna, & si qua sint defecta, expleant.

2. Exploratoribus, & speculatoribus sedulo hostium statu-
 um equites, qui motus illorum, quanta multitudo, qualis
 acies: itaque te adversum eos præparabis, ut ne subito,
 ac de improviso invadere ab illis. Ubi vacaverit autem,
 exercitum tuum per drungos, id est cohortes miliarias, &

B turmas congregabis: neque enim omnes simul unum in
 locum coges, narrabileque illis, quæ dictu necessaria sunt,
 vel tuipse, vel præfecti tui, antiquis illis commemorando victo-
 rias, priorique felicitates: talibusque dictis animabis illos.
 Regis præterea largiatem, studiumque referendæ gratiæ,
 præmiæque bene meritis propofita repetes. Recentenda
 quoque mandata sunt, reliquæque præceptiones, quæ
 vel abste, vel à singulis præfectis singulæ turmæ antè ac-
 ceperunt.

3. Si quosdam ex inimicis contingat ab excubiis capi,
 vel ad nos deferre, si generoso corpore, armatique fuerint,
 exercitui nequaquam ostendendi sunt, sed ad alium quempiam
 locum clanculum amandandi. Sin humiles, ac viles
 fuerint, qui defecerunt, universo exercitui monstrabis. Cap-
 tivus autem nudos circumduces, mandabisque, ut ab omni-
 bus militibus voce contendant, ne ab illis interficiantur,
 quo militibus nostris omnes hostes miserabiles esse videantur.

4. Hostibus autem jam imminentibus, communique bello
 jam expectato, præfectis cohortium præcipies, ut ne excu-
 siones contra inordinate vagantes milites faciant, sed di-
 ligenter observent, ne militem ullum ex suis lassatum red-
 dant, aut etiam vexent: sed eos, qui in aliqua mentis perturba-
 tione, aut sollicitudine excruciantur, aut opinionem alicujus
 anxietatis afferunt, relevent, atque ad aliquam hilaritatem,
 & alacritatem traducant. Sin ne sic quidem à mœstitia, &
 morore advocari possunt, ad paululum temporis fecerint eos,
 & ad alium locum, iusta aliqua causa adhibita, usque ad belli
 exitum ablegabis, ut ne ad inimicos transfugientes aliquid in-
 dicent, quod minimè patefaciendum fuit. Populares autem, at-
 que indigenæ hostium, quemadmodum supra ostendimus,
 longo ante tempore segregandi sunt, neque in bello adversum
 suos pugnare permittentur.

5. Quando ad pugnam, dimicationemque ipsam venturus
 es, adversos casus belli mente peracta, & illas calamitates
 quantum fieri potest anteverte. In primis autem; quemadmo-
 dum sæpe à me commemoratum est, dierum aliquot com-
 meatus pro militibus, equisque provehat. Castra munitio-
 ra fiant, idoneisque in locis, ubi aqua omnino defendi potest,
 ponantur. Cura tibi quoque prandium militum sit. Si enim
 D quando communi consilio decretum est, bellum incipiet, tum
 quo tu tempore optimum judicabis, prandeat exercitus. Sin
 hoc minimè futurum sit, jam impendente bello, milites manè
 prandeant, ut magis firmi fiant, & per integrum diem, si tam-
 diu bellum duraverit, minus viribus deficiantur.

6. Non modo aliis temporibus, verum etiam appetente jam
 belli tempore consilium abs te minimè negligendum est, sed
 turmarchas tuos, & si quem præterea solertem, prudentem-
 que virtum judicas, ad consilium ex tempore capiendum ad-
 vocabis, & de rebus agendis deliberabis.

7. Advertendus diligenter etiam locus, in quo conflictatio
 belli futura est.

8. Præcipies etiam Præfectis, ut ad primum sonum buccinæ
 ejus noctis, quæ diem belli antecedit, equos aquatum educant,
 ne si hoc prætermittatur, equorum vires in bello deficiant.

9. Præcipies etiam, quemadmodum supra à nobis manda-
 tum est, ut unusquisque miles quando ad dimicationem belli
 procedat, habeat in scello pugio suo unam, aut duas libras pa-

nis, aut farinæ, aut biscocti, aut paxamadii, aut carnis: habeat
 etiam phlacium in argabia plenum aqua, non vino, adver-
 E sis omnes fortuitas res circumstantes, & casus nec opinatos.
 Sæpe enim profligatis hostibus, & ad mufionem aliquam
 accurrentibus, obfident à nobis diem unam, ac noctem
 sunt: aut si usque ad diem conflictatio producenda fit, necesse
 est commeatum afferri, ut nec commeatu penuria res agen-
 dæ impediatur.

10. Si adversus potentem nationem bellum futurum fuerit, &
 in timore aliquo, ac demiffiore animo exercitus nofter fuerit,
 ne statim apertè ac publicè cum illis configas, sed ante diem
 belli, cum delectis quibusdam, strenuisque militibus, clam, &
 non apertè, illorum partem aliquam adoriaris. Si enim quidam
 ex hostibus, vel omnino interficiantur, vel vivi capiantur
 exercitus illud fortitudine, ac robore effectum judicabit, &
 vires colliget, timoremque deponet, atque adco paulatim af-
 fuefcent audaciores esse, & hostes alacrius invadere.

11. Si hostes te, nec opinato opprimant, neque ad usum
 tuum pertinet, ut cum illis dimices, vel quia locus asper, at-
 que condensus est, vel tempus inopportum, ut magnis frigi-
 goribus, aut calidioribus, ne tum comeris cum illis præliari,
 sed tepidum collige potius, & locum idoneum ad castra po-
 nenda quære, & prælium differ, donec commoditate tem-
 poris, ac loci aliquam habeas: neque committes, ut invitum
 cum illis configas. Hoc si feceris, non inimicos fugies, sed
 incommodum locum devitabis.

12. Deo victoriam dante, & hostibus profligatis, abstineant
 omnino milites à cadaveribus inimicorum spoliandis. Nam
 cada vera, aut impedimenta, aut castra hostium ante perfectum
 belli exitum invadere, valde periculofum, ac perniciofum est.
 Itaque præcipiendum omnino est, ut illis rebus milites abstin-
 eant. Sæpe enim victores talibus de causis non superati, verum
 iterum funditus deleti funt, hostibus de improviso incur-
 santibus, & periculum inferentibus.

13. Hostibus jam appropinquantibus, & imminente bello,
 quemadmodum ante admonimus, non modo si in fossato, id
 est, castris copia tue fuerint, ibique hostes expectaverint,
 scænum, aut palea unius, atque alterius diei jumentis reponitur:
 fed etiam si castra movet exercitus, & ad alia loca commeare
 velit, atque aciem ibi instruat, scænum, aut paleam unius diei
 secum ferant, ac in castris suis reponant: fortassis enim pue-
 ri, & administri militem ad hostibus prohibebuntur eo die
 exire, & scænum ferant, aut pabulum colligere, aut jumen-
 ta ad pabulum emittere.

G 14. Sin hostes immineant multi, non absurdum fuerit,
 quemadmodum ante diximus, unumquemque in itinere faci-
 endo frumentari, ac pabulari, atque illud in castris repo-
 nere. Neque enim castris jam positis, pueri, & administri ad
 hostibus, si præferunt equites multi fuerint, pabulum, &
 frumentatum ire sinentur. Hæc abs te ante belli diem, par-
 tim præcipienda, partim faciendâ sunt, ut prætorior, ac
 dispositior prætorum, militumque tuorum constitutio fiat.
 Restat, ut de ipso belli die, quidque persequendum tibi, tuif-
 que, à quibus refugiendum sit, paucis explanemus, *Cap.*
13. rei Tadicæ.

1. Hoc antè omnia præcipiendum est, ut purus, ac sanctus
 exercitus tuus sit, & pridie vesperi preces efficacæ, ac diutur-
 næ adhibeantur, omneque Deo consecratur, verbis, factisque
 persuadeantur, se Deum adjuvorem habere, atque hoc modo
 ad bellum puros, sinceros, alacresque procedere.

2. Ipso belli die ne multum te fatiges, ne lassitudine, ac per-
 turbatione aliqua rerum necessarium oblivifcaris, neque cura,
 aut sollicitudine excrucieris, fed strenue, atque alacriter
 aciem tranfas, & oratione tua omnino animos excites.

3. Neque enim manibus confertis cum hoste confingere
 Imperatoris est, sed quo facto opus sunt providere, & idoneo
 in loco stare, ubi aspicere dicantibus possit, & solutos,
 ignavoque incitet ad alacriter bellum gerendum, atque as-
 flicta parti fudeat subsidii suis, id est, lateranis, & tergifiti-
 bus, opem ferre.

4. Si adversus Sagittarios bellum copiis tuis suscipiendum
 erit, locorum asperitates, & pedes, lateraque montium primof-
 que consensus devita, & si fieri possit, nequaquam in ca parte
 configas, & vel in editorii parte montis copias tuas locato,
 vel omnino à monte recedas, & in æquabili loco, magis que
 plano aciem instruas, ut ne hostes infidias molientes, ex emi-
 nentiore loco in vos invadant.

5. Nec vero cum hostium acie configas, neve tuam illis
 aciem commones priusquam illorum aciem instruat anim-
 madverteris, & illorum infidias, molitionesque exquisiveris.

6. Si

6. Si loca in quibus conflicturus es aperta, & campeflria
 A sint, & haud fastis commode liceat secundam aciem tuam
 occultare, ut ne in itinere faciendo adversum hostes appa-
 reat, eam jam propè primam aciem abducori, ut duæ hæc acies
 una solum esse hostibus videantur: quando vero ad unius mil-
 liaris spatium ad hostium copias abfuerint, tum secunda acies
 paululum se retardet, atque à prima acie ad justum interval-
 lum se separet, & ad suam formam, quam ante secundæ aciei
 descripsimus, redeat, inde fit, ut nostræ aciei apparatus quàm
 minimè ab hostibus cognoscatur.

7. Discessiones, fugasque hostium diligenter attende, neque
 intemperanter propter hostium fallaces dolos insequere illos,
 sed ordinarè, ac instructis copiis, idque potissimum, si aliquam
 certam victoriæ fiduciam habeas.

8. Si ab hostibus incurfo quædam in primam aciem fiat,
 camque neque lateranis, neque infidiis adversum eos structis
 defendere possis, extremas secundæ aciei oras assumes, illuc
 que transfers, si uno ex latere veniant, ad eam partem: sin
 utroque ex latere, ad utramque partem. Similiter adversum
 eos, qui à tergo secunda acie veniunt, ut tergiffitis satis multi
 B ad illos repellendos non fuerint, hoc idem facies, ne cæteri
 distracti ad præfidia prima aciei minus valeant.

9. Si ingens hostium fuerit exercitus, & multitudine homi-
 num, ac jumentorum afflicti, ac penè oppreffus fuerit, ne
 coneris eminus jam hostibus venientibus, copias tuas ad cel-
 sum aliquem locum deducere, ne multitudine conspecta animi
 jam tui deponere incipiant, sed humili, & cavo in loco
 eos instruas, ubi neque hostes visuri funt, neque ab hostibus
 cerni poterunt: & quando uno, aut dimidio signo hostes ab-
 fuerint, ad excelsum locum ducantur, ut colligere possint,
 priusquam animo defecere, aut languere incipiant.

10. Sin talis locus non invenitur, fed eminus hostes exerci-
 tui tu apparcat, copiis tuis ipsa in acie instructis dices, non
 hominum, sed jumentorum, atque impedimentorum ibi per-
 magnum esse numerum.

11. Si hostibus adhuc minus instructis adori eos, atque
 invadere poteris, majus damnum illis facies.

12. Omnino autem femel, atque iterum confiste, quando
 ad spatium unum, aut duorum miliarium ab hostium acie
 ante bellum distas, ut exercitus tuus variè intratuet, ut
 C ne securus se putent hostes, quia per exploratores nostras
 copias ante cognoverunt, & contra eas aliquid molitionis
 machinati funt.

13. Si pedestris exercitus non fuerit, militem puros, id est,
 administros in castris reliques, & per univerfum castrorum
 ambitum ad fossam custodiendam dividantur, armisque interio-
 riorem ejus partem munitant, five fagittis, five jaculis, five
 funda valeant, una quoque cohors cum illis excubiis ager,
 portafque castrorum, atque universi ambitus defendunt, unus
 illis fit præfectus honestus, atque integer.

14. Neque tulum tecum in acie circumferas, si aliter fieri
 poterit: prompta enim, atque exposita hostibus præda est, si
 in bello esse advertatur.

15. Si proficenti tibi de improviso subita hostium incurfo
 fuerit, neque castris satis commode, & tuto in loco tulum
 ponere poteris, tum dextrum ad latus secundæ aciei obliqua-
 bis, ibique unam, & alteram cohortem, & ex superfluis homi-
 nibus est, ad ejus custodiam segregabis.

16. Si nullum jumentum repositum in castris pabulum ha-
 D beant, ipso belli die cætera ad bellum procedentibus, palli-
 caria, id est, administri militum, & prætorum pabulum
 cant ad partem à tergo aciei relidant, & dum bellum geritur,
 quantum possunt pabuli, comparent. Pabulationibus autem
 istis dentur banda, & signa quædam diversis, & editoribus
 in locis, ut ad verso aliquo casu incidente, revocari illi pos-
 sint, & ad castra cursu contendant, ut ne intercludantur, fed
 tum fieri debet. Si enim adversum aliquid reciderit, commea-
 facile statim produunt, & offensionem acceptam bellandi
 strenuitate relaxant: vel si id minus efficere possint, integris
 copiis, atque instructa acie, dum adhuc equi firmi sunt, re-
 equorum vires magis labefactentur: quod facile usu venit, si
 commeatu in promptu non fuerit. Nam post offensionem
 rantes magnam anxietatem militibus iniucunt: utile autem, ac
 salutare consilium capi non potest, inopia simul, ac formi-
 dine prementibus. Omnino autem pabulum jumentorum ad
 unum, atque item alterum diem repositum habeant, coque

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

etiam amplius, si passiones propè fuerint.

17. Si primo conflictationis die adversis belli exitus cadat, E
 quod abfit, inutile nobis, atque inidoneum esse videtur,
 eodem statim tempore conari, hoc, quod amifsum est, recupe-
 rare, & fufos, superatosque ad aliquod publicum prælium re-
 dire velle. Neque verò hoc, ut facias consilium tibi darem:
 perdifficile enim omnibus hoc est, neque statim offensio accepta
 refutari potest. Rarum autem hoc est, & Romanis
 inusitatum. Itaque etiam si nihil adversum caderet, sperave-
 ritque Imperator, amiffam dignitatem secundo prælio se recu-
 peraturum, multitudine tamen militum si causam cognoscat,
 ad conferendas manus minus est habilis: hic enim exitus belli,
 quasi divinitus ante decretus esset, magnam animi formi-
 dinem, perurbationemque invenit.

18. Itaque sine gravi, ac necessaria causa, ne coneris cotam,
 atque apertè inluctis copiis, cum hoste offensionem belli ac-
 ceptam dimicare, sed dolo, atque astu, occasione se offerente,
 conare illos subito adori, & juxta vetus dictum Post fu-
 gam, pugnam redintegris, ut ad veteris offensionis obli-
 vionem exercitus veniat, atque iterum coire in locitatem
 multitudinis, & cogere iustis causis sæpe oblati se audeat, F
 quas omnes perferbere, facile haud fuerat.

19. Sin post offensionem acceptam iterum tamen cum hoste
 configes, prima acies quasi antè profligata in secundam
 aciem conferenda est: secunda autem cum quibusdam è pri-
 ma acie delectis viris ad primam traducatur. Nam cum hæc
 minor prima fit, ipsa per se ipsam satis esse non potest.

20. Retardare autem in belli eventu minus prospero haud
 utile est, nisi aliqua spes societatis, aut alius modus præfidii
 expectetur: vel, quod sæpe fit, responfo ab hostibus assera-
 tur, qua divulgare necesse non fit, sed à Præfectis solum cogno-
 fci. Quod si fieri statim possit, quod ab hostibus proponitur,
 non differatur, sed sedulo, vel jurejurando, vel alio quo-
 piam pacto transigatur. Sin perniciofum, & ad contemptum
 alicujus, aut univerfæ multitudinis contumeliam fuerit, hæc
 atque illis duriora in vulgus nostrum efferenda sunt, ut exer-
 citus ira concitatus, ac necessitate compulfus, impertofius
 adversum hostes procedat, atque obediendor Præfectis suis fit:
 quanto enim major tardatio fuerit, tanto magis luperati mili-
 tes formidolofiores erunt, & victores aduaciores existent.

21. Priusquam autem univerfum robur tuorum concidat, G
 adhortandi tibi per turmarchas, per decanos, quantos mili-
 tes tui funt, commemorandumque est illis, non esse jam tem-
 pus ignavia, ac fœcordiæ, fed implorationem, atque incursionem
 in hostes faciendam, & quæ clades, atque offensio ante ac-
 cepta fuit, ea jam virtute, ac rebus gerendis delenda, atque
 obliteranda est: Hæc, atque iis similia illis narranda sunt.

22. Si spes aliqua est, acie instructa prælium recuperari posse,
 hac via quam supra dixi procedatur. Sin hoc modo non
 proficiatur, pro periculorum ratione optimam tibi viam
 conquiret.

23. Si peditatus hostium vincat, cum equis ordinarè disces-
 siones, atque demigrationes ex eo loco fiant, atque ita perma-
 neant.

24. Sin equites fuerint, superflua & gravia tui jumenta, tum
 alia quæcunque prætermittenda sunt, peditefque constituti,
 & sine jumentis, equitibusque univerfos in duas pangentes
 five acies, aut in unam quadratâ oblongam formam instrues,
 in medio jumenta, atque impedimenta ponas, extra hæc mili-
 tes in acie, quemadmodum prædiximus, atque ultra eos fagita-
 rios: atque ita discessiones, demigrationesque tuto facies. H

25. Rursus si prosperè ad victoriam bellum inclinet, &
 Deo jam propitio victor evadis, ne sola depullione hostium
 contentus sis, quasi imperitus, qui tempore uti nescit: neque
 importunum illud audias. Vince, fed ne nimis vincas: ne si
 lubrico tempore cedas, majores tibi molestias accumules, &
 incertum rerum futurarum eventum redas, fed eversione hosti-
 um absoluta utendum omnino est.

26. Si ad aliquam munitionem hostis confugit, vel vi, & ma-
 nu, vel aliis quibusvis formis, hominibus, & jumentis, instru-
 ta acie in fummas angustias coercedendus est, vel alia quavis
 consentiente, atque idonea utilitate, usque dum perfectè illum
 everteris: neque tum defatigari oportet, quando paulum illum
 repuleris: neque rei univerfæ exitum, propter exiguum am-
 plius laborum patientiam abicere debes, post tantos labores,
 atque sudores, post tanta belli pericula: quoniam in venatione,
 quod penè effectum est, perinde est ac si nihil esset.

27. Militum tuorum ordinis conservatio post victoriam ne-
 gligenda tibi non est, fed instructis copiis, cum scientia, & at-
 tentione militari prosequantur hostes, Imperatorque ipse at-
 tendat

tendat diligenter, qui d factio opus fit. Neque enim ad incolu-
A mitatem vestram, hostiumque perniciem potentia sola valet,
sed secundum Dei benignitatem, imperatoria, ac diligens re-
rum administratio, præcipua, ac summè necessaria est.

28. Temporibus, ac locis idoneè, commodèque utaris. Si
bellum publicum futurum perpexeris, omnia loca perlu-
strabis, nuda, atque exposita loca hastatis tuis eliges. Ne-
que solum dextra, sinistraque posita partes perferenda sunt
omni ex parte aciei usque ad belli finem, sed & finitima loca
exploranda sunt, ne fossæ vel naturales, vel artificiosæ sint,
vel dolus aliquis lateat.

29. Ipso belli die, quemadmodum prædiximus, excubiis si-
mul cum prima luce in quatuor partes illius loci, ubi confi-
datio futura est divisus, aut duo, aut tria circum circa millia-
ria, præcipies, ut non modo motus hostium advertant, & si-
gnificent, sed etiam eos, qui ab hostibus descere volunt perlu-
strent, & apud se detineant. Hoc modo enim eos, qui ab exer-
citu nostro auferuntur, facile prohibebunt, & eos qui ab ini-
micis vultu ad nos descere, cum omni incolumitate ab alio-
rum contumelia integros conservabunt, ne à quibusdam ma-
B lis viris evagrentur, quod abs te erga eos qui ad nostras par-
tes profugunt, quasi iustum, & necessarium conservetur.

30. Que in anteriore parte exercitus excubiæ sunt, ante
suam partem, usque dum intra unius sagittæ iactum venerint
aciel hostium ambulant, eamque ducant, ne fossæ ulla, ac la-
cus fiant, aut dolus ullus susceptus sit, suosque tum admo-
neant, ne de improvviso in aliquo malum veniant.

31. Necessariis locis, ac temporibus non modo simplices,
verum etiam duplices vigilæ constituendæ sunt, ut si quid
alteram lateat, ambas latere non possit.

32. Si instructa acies, si locus idoneus fuerit, ne expediant,
dum hostes eos invadant, ut ne malum aliquod, ac dolum ma-
chinentur, sed confectum in eos omni impetu, ac incursum
tendum est.

33. Si dilatio aliqua conficiationis habeatur, secunda acies
in locis condensis, sylvisque, atque asperioribus occultanda
est, ut ne si hostes longo ante tempore eam animadverterint,
insidias, aliisque molitionibus multis appetant, atque invadant.

C 34. Quoniam de excubiis mentionem fecimus, ostendendum
quemadmodum hæc firmandæ sunt. Excubiæ in duas partes di-
vides, ut altere vigilent, altere vicissim dormiant. Nemini enim
fidem habeas, quamvis recepit, se integram noctem vigilatu-
rum. Somnus enim, ac sopor de improvviso sponte quadam sua
oppriunt. Cum vigilare volunt, recti pedibus consistant, ses-
siones enim, ac recubationes corpora in somnum præcipitant.
stationes autem pedum, mentem indormientem excitant.

35. Bello jam confecto, qui faucitati fuerint, relevandi,
consolandi que sunt: qui ceciderunt, honestum funus ha-
beant, laudibusque multis cohonestentur, qui pro fide Chris-
tiana, pro fratribus, suam ipsorum vitam profuderunt. Hoc
autem iustum, religiosumque factum est, & alacritatem mul-
tam viventibus affert.

36. Si liberi illis fuerint, aut conjux, si hoc constet, strenuè
illos, atque alacriter in prælio dimicasse, honestis modis abste-
relevandi sunt.

37. Quoniam Romanos, omnesque alias nationes videmus
acies suas ita instruere, ut quam maximè eminus cerni possint,
truce magis aspectum vultu, ac facie, quam armis lu-
centem, & coruscantem aciem in bello præ se ferant: quan-
D quam hoc umbratile cito evanescit, nam secundum Dei vo-
luntatem, Imperatoris administratione, & exercitus alacri-
tate, bella conficiuntur: propter eos tamen, qui hæc requi-
runt, si sylvola, aut cava loca fuerint, ibi copia occultandæ,
& longo ante tempore hostibus non ostendendæ sunt, ut ne
si ante unum, aut alterum signum ab hostibus cognoscantur,
insidias illis, dolique struantur.

38. Si nudus locus, purusque aer fuerit, cassides suas non ca-
pite, sed manibus gestent, donec prope hostes venerint: scuta
autem parva coram in pectore ferant, tegantque galeas, & cas-
ides: vel à tergo humeris gestent, si scuta ferrea, ac splendida
habeant: sed & ferrum hastarum, prædicto modo occulte-
tur: ut arma eminus nullo modo luceant, cum præsertim ejus-
modi signo si confignentur hostes, mentes illorum anticipen-
tur, & in formidinem quandam ante bellum cadant.

39. Insidias autem occultas, atque abditas eo modo facies,
quem tibi ante descripsi. Si enim idoneè, opportunèque fiant,
maximas utilitates in bello afferunt, magnaque admodum
copias ita deleverunt, ut nullus locus confignandi acieuni-
versa relinquere.

40. Qui enim locorum opportunitate ad hæc abundabant,

vel condensis in locis, vel cavis in recessibus, vel in colle ali-
quo magno, vel vallibus, vel montibus finitimis usque ad
hostium copias productis, ut ab hostium notitia hoc modo
occulari possint, & molitiones idoneas fructu, insidias suas
positas habeant: isti à tergo hostium de improvviso irruentes,
ante manus confertas fuerunt eos, & in fugam verterunt.

41. Alii prope hostium copias, cum locum non haberent
idoneum, hoc minime fecerunt, sed à latere in medio suæ ob-
sistunt aciei eos collocantes, vel à tergo suæ aciei ob-
stantes, majores copias in insidiis collocaverunt, & minores
ad coram confignendum cum hostibus instruxerunt.

42. Alii partem exercitus non majorem, sed minorem in in-
sidias locaverunt, conficiatione jam incepta, fugæ volunta-
riæ iis, qui in acie instruiti erant ferre mandantibus, & hosti-
bus illos confusè insequentibus, & locum illum, ubi insidias
sunt locata, transeuntibus: qui in insidiis positi erant à tergo
hostes invadunt: qui verò ante auferuntur, testera facta
quam ante sibi proposuerant, conversi iterum in hostes, insec-
quuntur eos. Hac autem ferè plerumque adversus æquilonæ
F res homines, Cychæque nationes maximè fit, quia confusa,
atque inordinata sunt, ut Turcæ, & qui sunt iis similes.

43. Si quis fossam altam ad octo, aut decem pedum latitu-
dinem satis longi intervallo effoderit, hancque lignis tenui-
bus, cespice, feno atque agere contexerit, quasi una eadem-
que cum finitimis locis terræ superficies esset, nihilque à cir-
cumstante terra differet, eductum autem aggerem universum
ibi jacere non sinat, ne aliquam novitatis suspensionem asse-
rat, in medio autem ejusdem fossæ loca quadam firma reli-
querit, ad id tempus notata, & designata exercitui tuo, &
utrimque hinc atque illinc prope fossam insidias abditas in lo-
cis clam collocaverit, & ante fossam reliquos instruxerit,
deinde conficiatione incepta voluntariam fugam, qui in-
struiti in acie sunt, simulaverint, & per cognita, firmaque lo-
ca securè transierint, hostes autem impetuose, ac vehemen-
ter insecuantur, deinde illi, qui fugam simulabant conversi
in eos, aliis in fossam præcipitatis, aliis inopinata hac machi-
natione in fugam conjecit, magnam partem hostium dele-
bunt, nisi ab hostibus hoc ante animadversum, vel à qui-
busdam transfugis indicatum sit.

44. Similiter si palis qui defixi fecerit duos, ad tres in-
gressus, securos, integrosque reliquens, & instructa acie co-
gnitas: deinde ante palos eos aciem instruat, & in ipsa con-
ficiatione fugam simulans inciet hostes, ut in hos palos
ruant, & subito à latere intervenientes insidias, & illi, qui fu-
gam moliebantur conversi, hostes magno prelo cadent.

45. Hujusmodi etiam dolus adversus hostes sine fossis, &
palis suscipitur, si quis ferreos tribulos, id est, murices ad
tempus vinculis contractos præparaverit, qui post usum exple-
tum contrahi in se iterum possint, ad latitudinem centum pe-
dum, ad longitudinem acie instruat: in medio quatuor,
aut quinque transversos reliquos eorum pedum latitudinis,
qui exercitui bellatorum noti sint, ramis magnis, aut hastarum
cuspidibus peregrinis, aut terræ aggeribus ad modum tumuli,
aut cervi lapidum cum ulatis, aut aliis evidendis signis non
ad initium sive frontem longitudinis horum tribulorum posi-
tis, sed ad exitum altitudinis ad utramque oram transversos no-
tati. Conficiatione jam incepta fugam simulent, & ubi hæc
nota signa exercitus transierit, auferantur ea, aut deiciantur
à certis quibusdam equitibus ad hoc constitutis: insidias tum
hinc atque illinc utroque ex latere adversus hostes irruant, H
ubi jam in hos tribulos irrurine, nec antrostrum, aut retro-
strum procedere possunt.

46. Hæc fieri sine tribulis eodem modo possunt, si quis ro-
tundas quasdam fossas variè dispersas, quas antiqui hippocla-
stas nominabant, ducat ad spatium unius, ad altitudinem
duorum, aut trium pedum, & acutos palos defigat in illis:
has dispersas, & distantes à se trium pedum omni ex parte in-
tervallo, iodies ad universi spatii latitudinem pedum cen-
tum quinqueaginta, ad longitudinem totius acie intervallum.
Hoc confecto quando ad conficiationem ventum est, par-
est, ut prima acie ad unius milliarii spatium ante eum locum
instruat, secunda post universum intervallum duobus, aut
tribus sagittæ iactibus ab eo loco abist, ut si opus fuerit, &
qui è prima acie in fugam versati sunt, securè per ea loca eva-
dant, eisdem intervallis secunda acies sine ostensione tran-
seat, atque adeo hostes invadat.

47. Quando non ante fraudem hanc apparatus, sed post
eâ acies instruat, tres sagittæ iactibus ab eo loco acies instruat:
& quando hostes vel transferint, vel in loco fraudis moliti-
æ fuerint, occurrant illis nostri, ut pro celeritate quædam est
ladan-

ladantur. Loca autem istius fraudis opportuna, & integra ad
A transeundum, lata admodum relinquere non oportet, ut ne
magnus hostium numerus securè non acriter adoriatur.

48. Hæc rerum aggressiones, atque doli clam, & à paucis,
fidelibusque hominibus, vel ipso die belli, vel uno ante die,
ad vesperam, vel noctu fiant: eo ipso loco, quo bellum expe-
ctatur, ibique hostes præstolari. Ad hoc tempus autem qui-
busdam ex exercitu muniantur, præcipue autem signiferis, ut
sciant se assertari: & post banda densati ambulent, quemad-
modum opportunitas locorum recipi.

49. Hoc omnibus mandatum est, ut in retrocedendo iterum
banda sequantur, ne, quod abist, quidam palantes, in has pe-
dicas incidant.

50. Ex iis prædictis machinationibus omnibus, quemadmodum
nos arbitramur, hæc tribulorum machinationes tum faci-
llimè tum obscurissimè singulis in locis sunt, ideoque ad
locorum naturam acies instruat.

51. Si tibi utile videbitur incurfiones adversus hostium
aciem facere, ad unam, & alteram cohortem, vel pro exerci-
tus tui numero plures etiam, profectoque illorum fortes, at-
que audaces, prudentes, strenuèque deliges, eosque ad dex-
trum latus loci, si idoneus fuerit, unas insidias contra ho-
stium copias, & ad levum itidem alias collocabis.

52. Si ab hostibus invadantur, hic apparatus hostium coer-
cendus est, neque permitrendum illud tempus vacuum esse,
quo se instruant: Sin ab hostibus non invadantur, ex ea parte
vel in tulum hostium, quod ad camp partem locatur, inva-
dant, vel in extremum agmen, & tergos hostium, vel in cor-
nu, ad id partem ambientem extremas oras acie: hostium, ut
ne hostes aut secunda acie instruat, vel insidias post copias
illorum collocatis, tuas insidias suis ladant. Insidias enim tuas
quasi in excubiis esse oportet, ut turo incurfionem hostium
sustineant, eosque opportune invadant.

53. Insidiarum tempus diutius advertas, neque longo
tempore ante aciem instruat eas loces, ne cum pauci in in-
sidias sint, ab hostibus opprimantur: nec rursus nimis tarden-
tur, ne conficiatio si aliquandiu ante incepta, inutilis,
C atque inanes insidias sint.

54. Sed dum universa acies procedit, ipsæ quoque insidias,
sive una, sive duæ sint, adversus hostes se præparant, sed ita,
ut paulum ante eas acies procedat. Ex eo fiet, ut acies per
loca exposita ambulans, ad aciem hostium pertrahat, insidias
per latrofa loca incedentes similiter se attrahant, seque
mutuò speculando, significando, conjunctando observent,
quive priores alteros antevererint, retardent se, & præstolen-
tur eos, ut simul quantum fieri possit, utraque tum copias
tum insidias hostes adoriatur. Insidias autem paulo nunc an-
teant, ut quando hostes insidias exeerint commoveri, acies
tum prope adducta consistat.

55. Hoc modo si loca idonea fuerint, duobus ex lateribus
insidias collocandæ sunt, si potissimum magnum habeas exer-
citus, ut alteræ insidias incurfationem repræsentent, alteræ
autem hostes invadant.

56. Si cum invaserint, minus secundæ res illis processerint, vel
cum acies tota prolapsa est, tum illi invadere cœperint, ne
sic quidem retrocedant acies, neque dimittant, neque ad secun-
dam aciem veniant, & cum iis, qui se in fugam dederunt, per-
misceant, sed eminus consistant, illosque à tergo adoriri, atque
invadere conentur, ut hoc modo à fuga suos retardent.

D 57. Tutum hoc arbitramur esse, ut qui ad insidias, vel ad
incurfionem à tergo, atque à latere alicujus acie mittuntur,
vel ad tulum custodiam, vel ad celere subsidium alicujus par-
tis assistit, vel ad tergos acie custodiendum, five ad excubi-
as, drungisti magis, id est, simul, confertim, quasi maza,
sive ordine instruantur, neque in longam aciem, id est, ad
ordinem contubernii, aut decuriam, ut quincuriam, hic enim
apparatus splendidior ac illustrior, fortior atque ordinatior
est, & tuto conficiationes in prælio facit, tardior tamen
minus flexibilis ad usum est. Hac autem drungisti apparatus
omnia contraria habet, & in insidiis facilis latere potest: mi-
nore loco contenta confectum manus conferere potest: itaque
exercitatione, ac usu exploranda hæc opportuna sunt, & quod
maximè utile est, experiendo tenentur.

58. Sed hoc pro magnitudine exercitus ad hoc emissi, &
pro locorum situ facti, si enim æquales copie aut majores,
quam quæ in conspectu acies constituant, ad insidias emittun-
tur, ut uno è loco exeant, tunc in contubernia dividantur:
si pauci emittantur, itaque ad diversam loca separantur, tum
drungisti sive confertim absque ordine densati ambulent.

59. In iis enim, quemadmodum dixi, differentia quædam est.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Nam quæ ordine insidias struantur, fortiter, & tuto pugnare
possunt: illæ, quæ confusæ, & confertæ densantur, ad subsidia E
celeriter ascensura, & persequutiones, vehementesque incur-
siones, ac turbas valent.

60. Hanc igitur idoneam aciem equitum continuatione,
quemadmodum prædiximus, ad optimam quantum fieri po-
test formam traduces, si imperitia harum rerum fuerit: sin ea
fatis edocta fuerit, neque mandatis belli tempore, neque ulla
alia præceptione opus erit: ipsa enim instructio, atque exerci-
tatio unumquemque docent, quid factio potissimum opus sit.

61. Omiliores autem quidam, atque imperitiores hanc
aciem ad instruendum variam, & multiplicem esse, atque
adeo laboriosam existimant. Hi intelligant, athletas, & auri-
gas, aliosque ejus generis homines, qui ad lufum, atque oble-
dationem se exercent, qui si assigantur, quod cupiunt, me-
diocrem inde pecuniam colligunt: sin frustrentur, dolore
quodam haud ita damno afficiantur, multum laboris, lu-
dorisque sustinere, magnam inedia cibi, magnas vigilas,
irrequietam exercitationis molestiam perferre, ut quæ adver-
sariis suis offensio esse possunt, & quæ ad suæ industria con-
F servationem valent, cognoscant: quanto major, operosiorque
cura cum omni diligentia, ac provisione suscipienda est, ut
exercitationes bellicæ, acierumque instruendarum rationes cum
primis teneantur, ubi si quæ offensio fuerit, vel mortem statim,
vel deteriorem morte fugam asserit, fructus autem ingen-
tem lætitiarum, magnas commoditates, existimationem bon-
nam, memoriam nulla oblivione obfcurandam habet.

62. Absurdum enim, noxium, & perniciosum est, uno, eo-
demque modo omnino instrui, & quavis fortuita ostensione
totius multitudinis hominum periculum existere: neque cum
qui peccaverit potius cognosci debere, quam reliquos secum
omnes in discrimen pertrahat, quando non multa rerum ca-
pita per se agenda sunt, sed adversariorum consilia orationem
nostram provexerunt. Atque hæc nobis de equestris acie dicta
sumus: de pedestribus, & admixtis copiis jam ea dicemus,
quæ ipso belli tempore opportuna judicamus, de quibus ac-
curatius alio loco verba fecimus.

63. Ex iis alii scutati sunt, qui & graves appellantur. Scuta-
tos igitur ad hunc modum describere. Primum instrues contu-
bernia, sive manipulos cohortis uniuscujusque, quamam ad
dextram, & quæ ad levam præfecti cohortis esse debent.

64. Procedente præfecto simul cum signifero, & buccina-
G tore suo, reliquisque, qui illum sequi consueverunt, procedunt
primo lochagi, sive præfices sinistre partis, deinde dextre.

65. Ubi in ipso acie instruendo loco fuerint, consistat præ-
fectus, & signifer ejus, qui assilient, eum eo sint. Instruantur
utrimque contubernia, quemadmodum à nobis præscriptum est
primum laxiore intervallo, ut ne cum mutuo angustis assilient,
ad sedecim virorum altitudinem, & levas è tergo illorum. Cus-
pides hastarum sursum spectent, ut ne ab illis impediatur.

66. Ante frontem ambulet campiductor, vel qui loca ex-
plorat, & mandator, alter, qui ad loca deducat, alter qui man-
data ex Imperatoris sententia det.

67. Cohortibus jam in mœras, drungos, id est, cohortes
milliarias præparat, id est, turmas adductis, acies universa instrua-
tur, levasque diversis in locis constituantur.

68. Sagittarios à tergo uniuscujusque contubernii pro nume-
ro eorum, qui in contubernio sunt, locabissid est, singulis sedecim
scutatis quatuor levas, ut in quaternarii numerum divisus
scutatis, & gravibus, unus illis à tergo sagittarius adjungatur: H
sin usus requirat acie, in altitudine alternis scutatam, & sag-
gitarium constitues, interdum in contubernia, & cornua acie.
Interioribus equitibus confertes, sepe etiam exterius, parvo ab illis
spatio, paucis cum scutatis, ut equites exteriores, defendant. Si
multi fuerint levas, hoc observetur. Qui vel rhictaria, vel tzi-
curia, vel tale aliquid gestant, vel à tergo contubernii scuta-
torum locandi sunt, vel ad summam oras acie, & non in me-
dio: funditores autem omnino ad summam oras acie locabis.

69. Ad summam oras peditarus, equites constituantur: ma-
jores autem cohortes cum præfectis suis exterius. Esti multi
fuerint, equites, id est, plures duodecim millibus ad decem
virorum altitudinem contuberniorum instructio fiat: sin
pauciores hoc numero fuerint, ad quinque virorum altitudi-
nem apparentur. Sint verò præterea à tergo ad subsidium ex-
tra cursum collocati, ut si qui hostes à tergo nostrorum immi-
neant, repellantur: sin minus, ad altera adjungantur: primo
autem ad levam, ut ne impedimento sint, ubi tempus fuerit,
& forma stationis commutanda erit.

70. Equitibus præcipies, ne nimis impetuose ruant in hostes,
neque à pedestri acie longius discedant, quamvis profligentur
O o 2 hostes,

hostes, ut ne insidiis ab hostibus structis, aliquo longo inter-
A vallo, reliqua acie nudati, vexentur, nempe pauciores: sed si
ab hostibus opprimantur, post aciem confugiant, & currus
non transiant: sin ne sic quidem resistere poterunt, ex equis
descendant, & pedibus seipos defendant.

71. Si aciem instruere vis, non tamen eo ipso die prælium
committite, & in equites tuos hostes irruerint, & eos susti-
nere non possint equites tui, ne ad cornua acie, & curvum
illos præstolentur: quod si fecerint, majore in medio inter-
vallo opus est, ut commutatis, quod sæpe fit, equitibus, non
angustia premantur, neque hostium sagittæ illos lædant.

72. Haud ignoramus nos complura ex istis in capite de
exercitatione recensuisse: sed absurdi nihil est, illa eadem in
belli apparatione, iis, qui in militia sunt, repetere. Sic enim
antè rem totam pertractavimus, ut omnia, quæ ad bellum
pertinent, ad exercitacionem quoque aptarentur, nisi
quod sine ferro tota exercitacio suscipi debet: unde commemo-
randi harum rerum gratia non verebimur illis similia ite-
rum recensere. Non enim hoc leve admodum esse putan-
dum est, sed cum primis necessarium.

73. Partes acie instruat centum, aut ducentorum pedum
B spatia à se mutuo separabis, ut ne in itinere faciendo semet
mutuo aligant. Conflictacionis tempore jungantur, & adhe-
rescant hæ partes diversæ, & sibi mutuo opem ferant, mediæ
que parti, ubi Imperatoris, aut alterius delecti Principis ban-
dum locandum est, obtemperent. Medium enim acie locum
propterea os, & umbilicum antiqui vocaverunt, ut illi cætera
partes obtemperent.

74. Quoniam contrahi, & densari cum brevius tum tu-
tus est, quam rareferi, & dilatari, minimè initio viarum
committendum est, ut ad sexdecim virorum altitudinem
contubernia, sive manipuli instruantur, sed ad quatuor viro-
rum altitudinem, ut longè amplior hostibus videatur esse
exercitus, & graves laxiores, rarioreque inambulent.
Ufus enim aliquis si fuerit ad octo, vel sexdecim in itinere fa-
cile deducatur, & addensabitur.

75. Si enim addensata jam, contractaque acie, in longitudi-
nem producenda ea est, longo ad id conficiendum tempore
opus est, & periculosum est hostibus jam cominus adventan-
tibus, aciem in longitudinem producere.

76. Significari quæ ad instruatam aciem equis vehantur
C cum præfectis suis, in acie autem pedibus consistere debent.

77. Itaque neque plures sexdecim virorum altitudine, quan-
quam hostibus acies altior fuerit, instruantur: neque paucio-
res quatuor, quamquam tenuiores hostium copie fuerint.
Nam plures esse sexdecim, inutile est: pauciores quam qua-
tuor esse, imbecillum est, media autem acies quatuor scuta-
torum, sive gravium est.

78. Summum silentium, ut in exercitio fit, providebis: &
contubernia unusquisque ultimani, si futurum aliquem
suorum audierint, hastilibus hastarum suarum pungant eos,
& insidiationibus sive in prælio ipso anteriores impellant, ut
ne quidam ex illis ignavia retardentur.

79. Ne committas ut longum iter pedites graves ambulent,
sed si hostes tardaverint, & cunctentur, & permanendum acie
nostræ est, ibi tum diu stare eos non permittes, ne gravi arma-
tura pressi in prælio lassati veniantur: sed sedes illis, re-
quiemque parabis, & quando cominus venerint, tum excita-
bis eos, ut ne lassati, ac debilitati maneant.

80. Neque prælii tempore ante aciem ambulent ulli præter
turmas, has, equites, mandatores duos, campiductores duos,
D cum litatore uno, spathario, id est, armigero uno, quemadmodum
à nobis prædictum est, donec hostes propius advenierint,
tum unusquisque ad suas partes veniat, & ibi consistat.

81. Si caragus, id est, currus sequi oportet aciem, instruat
unus sagitta jactu ab acie, suasque partes ordine sequatur: tan-
tumque intervalli currus obtineant, quantum acies ipsa occu-
pat, ut ne si eminus ab ea absint, omni subsidio destituantur.

82. Unusquisque currus extrema pars scilicet tegatur, ut
singuli aurigæ alte consistentes, & pugnantem quasi ex pro-
pugnaculis, & pinnis murosum opem ferant: boveque à
conjectis sagittis tuti conferventur. Currus autem balistarios,
vel sagittarios, vel mangonicas alacatis refertos, per univer-
sum intervallum divides: complures autem ex illis maximè
utiles summis in oris instruas.

83. Aurigas autem vel fundarum, vel tziuriorum, vel mat-
zuciorum, vel sagittarum conjectores esse oportet: interius autem
reliquum ponatur tuldum: ut medio in loco currum, atque
acie collocentur, quo si aliqua occasio sese offerat, in du-
plicatam aciem scutata dividantur, sive equites, sive pedites,

nullum habeant impedimentum, neque confundantur, si ali-
quando vi ulla curribus inferantur.

84. Si magna hostium copia fuerit, & à tergo in currus
impetum faciant, & aurigæ illis, vel in duplicatam aciem se-
parari obfistere nequeant, paucas tribulos, sive murices conji-
cere oportet: quibus comiectis diligenter observandum est,
ut ne per eam viam, sed per aliam viam incendant, ut ostensio
omnis tribulorum vitetur.

85. Hoc autem in primis præcipiendum est, ut die belli pe-
destri, & permixta acie instruat, si multi equites hostium, &
longè supra nostrum numerum fuerint, & caragus noster nos
non sequatur, ne coneris æquo in loco, atque exposito aciem
instruere, sed in locis asperis, & difficilibus potius, ut limosis,
arundinosis, saxosis, inæqualibus, condensis.

86. Curabis etiam, ut quæ à tergo, vel à lateribus incurfio-
nes fieri possunt, hæ, quemadmodum sæpe admonui, excu-
biis adhibitis provideantur. Quosdam autem scutatos ad ex-
tremas oras currum, & in medio collocabis, ut hostibus
resistant, incurfionem vel in currus, vel in aciem, vel in
equites faciuntibus.

87. Si hostibus adhuc in castris, & in confusione versanti-
bus, bellum inferre, & conficere cum illis poteris, magno-
pere illos lædes.

88. Multos equites in pedestribus præliis ne admisceas,
sed in extremis oris acie paucos ad tria, aut quatuor millia
equites loricatoris, atque idoneos constitues, qui si occasio ulla
tulerit, profugatos jam hostes infrequantur, atque invadant.
In pedestri enim exercitu majorem equitum numerum ponere
haud satis tutum est.

89. Si hostes, cum equites sint, pertimescant cum pedibus
nostris conficere, multique equites nostri fuerint, pauci autem
pedites, equites in anteriore parte collocabis, post autem pe-
dites ad unum, aut alterum milliarem distantes in acie collocabis,
equitibusque mandabis longius hoc intervallum se non separant,
aut ab acie pedestri recedant. Quosdæ ab hostibus premantur
non directè ad aciem pedestrem redeant, sed ad latus se obli-
quent, & à tergo peditem ad aciem suam perveniant, ne direc-
tè declinent, peditem instruat acies disolvatur.

90. Conflictacionis ipsius die pedestres copias, quemadmo-
dum à me prædictum est, longum spatium ultra duorum mil-
liarium intervallum à castris non movebis, ne gravi armatura
opprimantur: Quod si hostes prælii conflictacionem distule-
rint, confideant, & requiescant donec cominus fuerint, G

91. Si æstas fuerit, calidæ suas detrahant, ut capita persentur.
Vino abstinent cum omni tempore, ne effervescens caligi-
nem cerebro offundat: sed aquam in curribus gestent, & sigil-
latim aquam singulis dent, quando ordine in acie consistunt.

92. Ante tempus belli pedestres copias universas uno ali-
quo die coges in unum locum, quemadmodum equitibus faci-
cies: & si noverunt milites mandata legis, id est, multas mili-
tares, commonefaciendi horum omnium sunt: si minus,
per præfectos singulos in unaquaque cohorte sui admonen-
tur de iis multis, quæ belli tempore futurae sunt: & hæc cum
cognoverint, sic ad aciem ipsam veniant.

93. Haud abs re fuerit, brevi tibi antiquæ acie instruendæ
formam demonstrare, quam in pedestribus, & permixtis copiis
usurpabant, quando maximè exercitu magno destituebantur.

94. Univerfas pedestres copias in sexdecim millia trecentos
octoginta quatuor viros conferebant: quoniam cum hæc nu-
merus ex multis milliariis numeris conficitur, ad perfectam
aciem efficiendam satis valet, & à tanta multitudine dividi,
partisque usque ad unitatem potest, atque universam aciem H
perfectam phalangem vocabant.

95. Hæc phalanx apud eos in duas æquales partes dividitur,
& à fronte phalangis sive acie æqualiter usque ad caudam, id
est, extremum agmen per universam altitudinem hæ æqua-
lis partitio transeat: & dimidia pars, dextrum cornu, & caput
appellatur, in qua octo millia virorum, & centum nonaginta
duo viri esse debentur: alteram dimidiam partem, lævum
cornu, & caudam nominant, æquo, & pari numero cum priore
contentam, id est, octo mille centum nonaginta duos viros
habentem. Medium interstitium, sive inanis ille, ac interme-
dius locus, umbilicus vocatur, & ostium phalangis, in quo
Imperatoris statio est, ad intendum ea, quæ in bello sunt, &
omnia quantum fieri potest diligenter administranda.

96. Univerfa hæc acies graves vocantur, qui scutis integris
& hastis, & spathis, aliisque armis stipati, graviorem reliquo
exercitu armaturam habent.

97. Post hæc duplicem gravium aciem, levium acies instrui-
tur, qui multo expeditiorem, leviorumque armaturam gravibus
gestant.

gestant: quia facile, quod volunt percurrere, possunt: in quibus
A jaculatores sunt. Istorum acies dimidia numero esse debet
primæ acie, id est, octo millia virorum & nonaginta duo.

98. Hinc post hæc equium, acies armatorum instrua-
tur: horum etiam acies dimidium numeri levium contineat,
id est, quatuor millia quadraginta sex.

99. Pedites in quatuor partibus instruebant, graves simul, &
leves, quemadmodum vias postulat, admittentes: & ad latera
gravium levem in duas partes distribuebant, vel etiam in an-
teriori parte, quemadmodum Imperatori commodissimum
videbatur.

100. Equites in duas distribuebant partes, hinc, atque illinc,
vel à tergo peditem & post eos, vel ad latera, & quemadmo-
dum usus exigebat. Imperator enim non quemadmodum
vult, sed quemadmodum necessario cogitur, instruit exerci-
tum. Nam adversus hostium equitatum, suum instruet, ut
Iaxum spatium habentes non impedianter agere, quæ equites
par est, sive ad latus, sive post à tergo constituantur.

101. Melius est si levem ante gravium aciem, vel, si id
necessitas postulare, ad latus instruerentur. Nam si in me-
B dio collocatur, inutilis, atque irrita illorum arma sunt:
qui enim jacula, vel sagittas, vel fundas vibrant, in altum
emittere coguntur, & ex eo fuos magis quam hostes lædunt.
Tela enim per antelantium capita, descendent. Funditores
autem impediuntur, quia justum spatium ad fundas manibus
versandas habere non possunt.

102. Si hostibus plures levem ad fuerint quam nobis, graves
præstitæ ante collocandæ à nobis sunt, qui scuta magna, atque
oblonga, quos thyreos vocant, ad universi corporis longitudi-
nem tegendam gestent: qui verò ad tergum illorum stant, su-
pra caput anteriorum scuta sua attolentes sic procedant, donec
intra sagittarum, telorumque jactum fuerint: sic enim te-
dæ, atque, ut ita loquar, incurculati, nihil mali ab hostium con-
jectis telis capient.

103. Si hinc, atque illinc nobis levium subsidium fuerit, si
primi, antequam conflictatio fiat, sagittas, & tela in hostes
coniciant, vel etiam post inceperit conflictacionem ad latera
hostium acie invadentes, tela in eos mittant, ut simul &
ad latera perturbentur, & coram ex adverso labefactentur.

104. Si aliqua munio ad fuerit, eas levem admodum juvabit:
C nam ad eam concurrentes, in hostes securus, atque audacius
tela coniciant: ut si precipitum aliquid, aut ripa fluvii, aut
collis emineat, aut si qua hujus generis munio fuerit. Inter
acies autem intervalli quoddam esse debet, ut si levem omnia
tela emiserint, priusquam conflictatio esse coeperit, & adhuc
cominus hostes magis ac magis venient, cum ordinis quadam
conservatione levem redeant, & medium phalangem pertran-
seant, securi sine offensione ad extremam acie partem per-
veniant. Neque enim tutum est, ut circum se per extremas
oras acie obliquant, & sic eo deveniant, ut ne in medio ab ho-
stibus intervientibus perimantur, neque in arma gravium,
densata jam, contractaque acie, incidentes vulnerentur.

105. Alias acies armatas, atque instructas habes, ut quan-
do levem omnia tela conjecerint, tum alii apparati accedant, &
loca illorum explant.

106. Quando altitudo acie, usu hoc interdum postulant,
ad longitudinem ducitur, & attenuatur, non eo usque dedu-
cenda acies est, ut universa sine ulla altitudine imbecillis fiat,
ne ab hostibus statim circumcludatur: facile enim continget
D in bello circumdari hostibus, & transirum quoque per me-
dium aperiri, neque anteriore solum ex parte circumveniri
eos, sed etiam irruptione per medium facta, à tergo illos no-
strarum copiarum inveniri, atque adeo magnum damnum
hostibus nostris inferre. Hoc autem Imperator diligenter la-
borabit, non modo ut devitet, sed etiam ut querat tela aliquid
adversus hostes moliri.

107. Neque vero sic aciem tuam in altitudinem denses, ut
facile ab hostibus circumveniatur, sed milites ad latus, atque
à tergo stantes æque ac præstitis armabis, ita enim poterunt
hostium circumventioni magis obviare.

108. Solertis, prædentique Imperatoris est, in ejusmodi lo-
cis, si id assequi possit, aciem instruere, in quibus neque cir-
cumcludi, neque ullam aliam offensionem belli accipere possint,
quemadmodum à nobis supra commemoratum est. Multum
enim debet tempore ad utilitatem inveniendas prudentia
Imperatoria valet: quod divina clementia, benignitate quoque
donum ego ajo, & arbitror Imperatoris à Deo dilectis so-
lere dari ad virtutem suam amplificandam.

109. Quidam olim tempore prælii hostibus jam meliores
L. B. Tost. vit. Human. Tom. VI.

partes habentibus falsum quoddam, & factum commentum
animo architectabatur, exclamans hostium Imperatorem in-
terfectum esse. Quoniam vero tempus jam instans nequaquam
celeriter largiebatur omnibus quid factum opus esset excogit-
tandi, hostes procul ab Imperatore enim essent, & hoc verum
existimarent, repente animo concidebant: milites autem præ-
fecti sic exclamantis magis animati robur colligentes, quasi
vera jam fama esset, alacriores reddebantur. Hoc rumore sic
disperfo, victor evasit, qui hunc rumorem injeccerat. Itaque sic
opportunitate rerum capta, per sepe hostes omnes prostravit.

110. A recentioribus rei militaris peritis præceptum est, ut
hostibus acies tua instruat minus splendida videatur, sed ar-
morum fulgorem usque ad ipsum belli tempus occultet, pro-
pter pervagatam apud alios ea de re famam. Onofander autem
in scriptis suis de re militari, contrarium potius præcepit vi-
detur, ut omnino illustris, splendidaque acies nostra hostium
aciei videatur.

111. At mihi hic videtur ignorare, talem rumorem solere
admodum diffundi, vel ea, quæ ante prælium gerenda sunt, omnia
prætermittere, & ipso conflictacionis tempore, quemad-
modum recentioribus, & mihi quoque videtur, subito, F
confertim fulgorem armorum demonstrare: major enim per-
turbatio animorum invenitur, quando non eminus venientium
armatorum fulgor aciem oculorum perfringit, & consuetum,
familiarerque aspectum habet, sed quando que vide-
batur, & parabatur acies valde fordida esse, ea subito, & de
improvviso, splendida atque illustris apparet: hoc enim divini
prædicti signum, atque omen hostes capient. Utile autem ti-
bi fuerit Imperator, ipso belli die aciem tuam non ante de-
monstrare, priusquam illorum copias intellexeris quomodo,
& quali cum forma instruantur.

112. Aliorum in prælio dimicantium curam habebis,
quemadmodum tibi ante explicuimus: potius quam tu ipse
in periculum, aut discrimen turbulenti incurras, ubi nulla
necessitas vis hoc à te postulat: immò verò omnino à man-
ibus conferendis, & fortitudine tua demonstranda abstinebis.
Neque enim ita exercitum adjuvabis prælians, ut lædes mo-
riens, quod in manibus conferendis ab omnibus expectatur.
Si enim solo rumore falso, quemadmodum ante admonui-
mus, interfecti Imperatoris, universa natio hostium prostra-
ta est, quanto magis vera jam fama, ingens inferretur exer-
citu tuo, Imperatore interfecto clades. G

113. In tuto igitur collocatus, vide, & gere, quæ facta opus
sunt. Tunc enim maximè Imperator in honore est, quando
pro necessitate celeritate idoneè omnia administrat, & securus,
quæ fieri possunt, consilio anticipat.

114. Si quid opus sit, eo ipso tēpore oratione milites animadi
sunt, & præmiis, quæ strenuè ferentibus in regno nostro
reposita sunt, excitandi. Admonendi etiam sunt, Dei præsidium
nobis adesse: harum rerum signa quædam etiam apparere,
quæ nobis divinitus victoriam portenderent, c. 14. rei indicæ.

PUGNA PUBLICA.
EJUS GENERA. OPPORTUNITAS. VICTORIA.
Ex Vegetii scriptis de re militari.

Depugnationum septem sunt genera, vel modi, cum in-
festa ex utraque parte signa confligunt. Una depugnatio est
fronte longa, quadrato exercitu, sicut etiam nunc propè sem-
per solet prælium fieri. Sed hoc genus depugnationis periti ar-
morum non optimum judicant, quia cum in prolixo spatio
tenditur acies, non æqualis semper campus occurrit, & hinc
aliquando in medio sinus, aut curvatura fit, & ita in collo H
acies frequenter irrumpitur. Præterea si multitudine adversa-
rius antecedit, à lateribus aut dextram, aut sinistram alam
circumvenit, in quo periculum magnum est, nisi supernumerarios
habeas, qui procurant, hostemque sustinent. Hoc
genere solus debet conficere, qui & plures, & fortes habuerit
bellatores, ut ex utroque cornu hostem circumveniat, & quasi
in sinum sui concludat exercitus. Secunda depugnatio est
obliqua, quæ plurimis melior. In qua si paucos strenuos loco
idoneo ordinaveris, etiam si multitudine victoriam, & virtute
turberis, tamen poteris reportare victoriam. Hujusmodi est
modus: Cum instruat acies ad congressum veniunt, tunc tu
sinistram alam tuam à dextra adversarii longius separabis, ne
vel missilia ad eam, vel sagittæ perveniant. Dextram autem
alam tuam sinistram adversarii junges, & ibi primum inchoa præ-
lium: ita ut eum equitibus optimis, & probatissimis pedibus
sinistram partem illius, ad quam te junxeris, aggrediaris, atque
circumeas, & detrudendo, atque supercurrendo ad hostium
terga pervenias. Quod si semel adversarios exinde pellere co-
peris, accedentibus tuis indubitata victoriam consequeris, &
pars

pars exercitus tui. quam ab hoste submoveris, secunda durabit. Ad similitudinem autem A, literæ, vel libellæ fabricilis, acies in hoc dimicandi genere constituitur. Quod si te prior adversarius hoc fecerit, quos post aciem supernumerarios diximus debere poni, tam equites, quam pedites ad sinistram tuam colliges cornu, & sic adversario resistes magnis viribus, ne arte pellaris. Tertia depugnatio est similis secundæ: sed in hoc deterior, quod a sinistro cornu tuo cum illius incipis dextero confluere. Nam quasi mancus impetus est eorum, & aperta cum difficultate agrediuntur hostes, qui in sinistro dimicant. Quod apertius ut sit, explanabo. Si quando aliamquam similitudinem tam longe habueris meliorem, cum ea fortissimos equites, peditesque conjunge, & in congressu ipsam primam applica ad alam hostium dextram, & quantum potes, adversarii dextram partem pellere, & circum e festina. Tu autem aliam exercitus partem, in qua deteriores bellatores habere te nosti, a sinistra illius longissime separa, ne vel gladiis invadatur, vel ad eam tela perveniant. In hoc genere cavendum est, ne inimicorum cuneis transverbera tua acies elidatur. Hoc autem modo, uno casu utiliter pugnabitur, si adversarius infirmius dextram cornu habuerit, & tu longè fortius sinistram. Quarta depugnatio talis est: Cum ordinaveris aciem, ante quadringentos vel quingentos passus, quàm ad hostem pervenias, non sperante eo, subito ambas alas tuas incitare te convenit, ut ex utroque cornu improvisos hostes veras in fugam, & celerius victoriam consequaris. Sed hoc genus certaminis licet cito foret, si exercitatus, fortissimosque produxerit, tamen periculosum est, quia mediam aciem suam, qui se dimicant, nudare compellitur, & in duas partes exercitum separare. Esti primo impetu victus non fuerit inimicus, habet postea occasionem, qua invadat & divisa cornua, & mediam aciem destitutam. Quinta depugnatio est quarta similis. Sed hoc unum amplius habet, quod levem armaturam, & sagittarios ante mediam aciem ponit, ut illis resistibus non possit irrumpi. Nam sic de dextero cornu suo, illius sinistram: & de sinistro cornu suo, illius dextram aggreditur. Quod si fugare poterit, statim vincit: sin minus, media acies illius non laborat, quia a levi armatura, sagittariisque defenditur. Sexta depugnatio optima est, prope similis secundæ, qua utuntur, qui de numero suorum, & de virtute desunt. Et si bene ordinaverint, quamvis cum paucioribus, sæpe victoriam consequuntur. Nam cum instructa acies ad hostes accedit, dextram alam tuam sinistræ alæ hostium iunge, & ibi per equites probatissimos, & velocissimos pedes incipe prælium. Reliquam autem partem exercitus tui, longissime à dextra parte adversariorum remove, & in directum porriges, quasi verum. Nam si partem sinistram illis, & a lateribus, & a tergo cæperis cedere, sine dubio vertes in fugam. Adversarius autem nec de dextra parte sua, nec de media acie potest suis laborantibus subvenire, quia acies tua extenditur, & totam se porrigit ad similitudinem L, literæ, longissimeque recedit ab hostibus. Quo genere in itineribus sæpe conflagit. Septima depugnatio est, quæ loci beneficio adjuvat dimicantem. In hac quoque, & cum paucioribus, & cum minus fortibus poteris adversarium sustinere, si montem, aut mare, aut flumen, aut lacum, aut civitatem, aut paludes, aut abrupta in una parte habeas, ex qua hostis non possit accedere, & reliquum exercitum tuum directæ acie ordines. Sed in illa ala, quæ munitionem non habet, omnes equites, & ferentarios ponas. Tunc securus pro tuo arbitrio cum hoste confliges, quia ab una parte loci natura te munit, & ab alia duplex propè ponitur equitatus. Illud tamen observandum est, quod nihil melius invenitur, ut sine dextero cornu tuo pugnare volueris, ibi fortissimos ponas: sine sinistro, ibi frenatissimos colloques: sine in medio cuneos facere volueris, per quos acies hostium rumpas, in cuneos exercitatus ordines bellatores. Victoria enim per paucos fieri cõsuevit. Tantum est, ut electi à duce sapientissimo, in his locis, in quibus ratio, & utilitas postulat, ordinentur. Vegetius c. 20. *de re militari* abscedendi hostibus dandam, ut delectantur facilius fugientes.

Plerique rei militaris signari pleniorum victoriam credunt, si adversarius, aut locorum angustiis, aut armorum multitudine circumdederint, ut aditum non inveniunt abscedendi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia, & cum spei nihil est, sumit arma formido. Libenter cupit commori, qui sine dubio scit se esse mortuum. Ideoque Scipionis laudata sententia est, qui dixit, viam hostibus, qua fugiant, esse munendam. Nam cum abscedendi aditu patet factio, mentes omnium ad præbenda terga consenserunt, multi more pecudum trucidantur. Nec insequentium ullum periculum est, cum victi (quibus defendi

poterant) arma converterint in fugam. Hoc genere quanto major fuerit exercitus, tanto facilius multitudine profuerunt. Neque enim ibi requirendus est numerus, ubi animus semel territus, non tam tela hostium cupit declinare, quam vultum. Cæterum clausi, licet exigui numero, & infirmi viribus, hoc ipso tamen sunt hostibus parat, quia desperantes sciunt aliud ibi licere non posse. Nam

Una salus victis, nullam sperare salutem. Cap. 21. Idem

PRÆLIUM DECLINATIO PRUTENSIUM.

Digestis omnibus, quæ ratio militaris experimentis, & arte servavit, unum superest docere, quemadmodum recedatur ab hostibus. Nam disciplinæ bellicæ, & exemplorum periti nullam majus periculum imminere testantur. Qui enim ante congressum recedit ex acie, & suis fiduciam minuit, & inimicis addit audaciam. Verum quia hoc sapias necesse est evenire, quibus modis tuto possit fieri, declarandum est. Primum ut tui nesciant, idèò te recedere, quia declinas inire consilium; sed credant arte aliqua idèò se revocari, ut ad opportuniorem locum inviter hostes, ac facilius superetur: aut certe insequentibus adversarii secretiores collocentur insidia. Nam necesse est, ad fugam parati fieri, qui dum cum sentium fessitate perire. Illud quoque vitandum est, ne hostes te recedere fessitate, & statim irruant. Propterea plerique ante pedes, equites posuerunt, ut discurrerent adversarios videre non sinerent, quando pedes abscedebant. Item articulationi incipientes à primis singulis acie subducebant, & retroque revocabant, in gradu suo manentibus reliquis: quos sensum postea, cessante ad illos iungebant, quos subduxerant. Aliquantum primum exploratis itineribus, noctu cum exercitu recedebat: ut hostes die orto, cum intellexissent, non possent comprehendere præcedentes. Præterea levis armatura præmittitur ad colles, sub quos subito tuto revocaretur exercitus: & si hostes insequi voluissent, a levi armatura, que ante occupaverat locum, additis equitibus fundebantur. Nihil enim periculosius existimatur, quàm si inconfulte insequentibus, ab his qui in subsecula fuerint, vel ante superaverint, obviantur. Hoc tempus est, quo oportuno collocantur insidia, quia adversus fugientes major audacia, & minor cura est. Necessario autem amplior securitas grativæ solet habere discrimen. Imperatius, cibum capientibus, in itinere lassos, equos suos patientibus, ac nihil tale suspicantibus superventus assolent fieri. Quod & nobis vitandum est, & hosti in ejusmodi occasionibus pernicies inferenda. Hoc enim casu oppressis nec virtus potest, nec multitudine prodesse: quia qui in acie publica vincitur pugna, licet ibi ars plurimum proficit, tamen ad defensionem suam potest accusare fortunam. Qui vero superventus, & insidias subsecula persequitur, talis fraus ita fieri consuevit. Recto itinere pauci equites cõsequuntur, valida manus occulte per alia mittitur loca: ubi ad agmen inimicorum pervenerint equites, tentant leviter, atque discedunt. Illi credunt quidquid insidiarum fuerit, præcriste, & sine cura resoluntur in negligentiam. Tunc illa manus, quæ secreto itinere destinata fuerat superveniens opprimat ignorantes. Multi cum ab hoste discedunt, si per silvas iruti sunt, præmittunt, qui angusta, vel abrupta loca explorent, ne ibidem patiantur insidias. Est rursus post se præcis arboribus vias claudunt, quas compedes vocant, ut adversarii facultatem adimant persequendi, & penè utriusque parti in itinere ad subseculas communis occasio est. Nam qui præcedit, oportunitatis vallibus, vel silvosis montibus, quasi post se relinquat insidias, in quas cum incidit inimicus, recurrit ipse, & adjuvat suos. Qui vero sequitur adversis semitis, longè ante destinat expeditos, ut præcedentem adversarium arceat transitu, decerpuntque à fronte, & a tergo concludat. Dormientibus noctu adversariis, & qui præcessit, potest regredi, & qui sequitur, quantumvis interit, potest supervenire pro fraudem. In transfretatione fluviorum, qui præcedit, illam partem tentat opprimere, quæ prima transierit, dum reliqui alveo separantur. Qui autem festinato itinere sequitur, illos, qui nondum poterunt transire, conturbat. Veget. Cap. 22.

TYRONUM INSTRUCTIO, ET EXERCITATIO.

Dum à prælio inuendo deterritur.

Omnes artes, omniaque opera quotidianò usua, & jugi exercitatione proficiunt. Quod si in parvis verum est, quanto magis deest in maximis custodiis? Quis autè dubitat, arte bellicæ rebus omnibus esse potiorum, per quæ libertas retinetur, & dignitas provincie propagatur, & conservatur imperium? Hanc quondam relictis doctrinis omnibus Lacedæmonii, postea colere Romani. Hanc solâ hodieque Barbari putant esse servandam.

Cætera

Cætera omnia aut in hac arte consistere, aut per hanc assequi se posse confidunt. Hæc dimicatio est necessaria, per quam vitam retineant, & victoriam consequantur. Dux ergo, cui tanta potestatis insignia tribuuntur, cuius fidei, atque virtutis possessorum fortuna, tuta urbium, salus militum, & Republicæ creditur gloria, non tantum pro universo exercitu, sed etiam pro singulis contubernalibus debet esse sollicitus. Si quid enim illi eveniat in bello, & ipsius culpa, & publica videtur injuria. Ad transitum fluviorum, ad defectum exercitum dicit, singularum legionum five auxiliorum, nec non etiam vexillationum viros, animos, consuetudinem diligenter exploret. Sciat etiam (si potest fieri) nominatum quis comes, quis tribunus, quis domesticus, quis contubernalis, quantum possit in bello, autoritatemque maximam severitate sumat, omnes culpas militares legibus vindicet, nulli errantium credatur ignoscere, in diversis locis, ex diversis occasionibus omnium experientiam præcipiat. His (ut oportet) curatis, cum dispersi ad prædandum securi oberrant hostes, tunc probatos equites vel pedes cum tryonibus, aut inferioribus mittat, ut ex occasione, suis inimicis, & illis periculis, & reliquis creata adacta. Ad transitum fluviorum, ad præcipit montium, ad sylvarum angustias, ad paludum & viarum difficultates, superventus nullo sciente disponat, atque iter suum ita temperet, ut aut cibum capientes, aut dormientes aut vacantes certè, securos, imermes, discalcios, distractis equis, nihil suspicantes ipse paratus invadat, quatenus in hujusmodi certaminibus sui fiduciam colligant. Nam qui ante longum tempus, aut omnino nunquam videre homines vulnerari, vel occidi, cum primam aspexerint, perhorrescunt: & pavore confusi, de fuga magis quàm de consilio incipiunt cogitare. Præterea si excurrant adversarii, longo itinere fatigatos aggrediantur, & ultimos, vel certè imperatos superveniat. Eos etiam, qui longè à suis aut pabuli, aut prædæ gratia commorantur, subito occupet cum delectis. Illa enim ante tentanda sunt, quæ si male cesserint, minus nocent: si bene, plurimum proficiunt. Inter hostes discordiarum serere causas sapientis est ducis. Nulla enim, quamvis minima natio, potest ab adversariis perderi, nisi propriis similitudinibus seipsa consumpserit. Nam civile odium ad inimicorum perniciem est præcepit, ad utilitatem suæ defensionis incautum. Unum illud in hoc opere prædicandum est, ut nemo desperet se posse perire facta sunt. Dicit aliquis. Multi sunt anni, quibus nullus fossa, vel aggere, valloque mansurum circumdat exercitum. Respondentibus, si fuisset ista cautela, nihil nocturni, aut diurni superventus hostium nocere potuissent. Persæ imitantem Romanos, duces hostis castra constituit: & quia arenosa sunt propè omnia, faccos, quos inanes portaverant, ex pulverulentia (quæ effoditur) terra comant, eorumque cumulo aggerem faciunt. Omnes barbari carris suis in orbem connexis ad similitudinem castrorum, securas à superventibus exigunt noctes. Veretur ne discere nequeamus, quæ à nobis alii didicerunt? Hæc ex libris dicenda, quæ usu antea servabantur, sed omnia diu nemo quæsit: quia vigentibus pacis officiis, procul aberat bellorum necessitas. Sed ne impossibile videatur disciplinam cuius usus interdicti, reparari, doceamur exemplis. Apud veteres res militaris in oblivionem sapientis venit, sed à libris repetita est, postea ducum autoritate firmata. Scipio Africanus sub aliis Imperatoribus Hispanienses exercitus frequenter victos accepit: hos disciplinæ regula custodita, omni opere, fossisque faciendis ita diligenter exercuit, ut diceret sordentes luto inquinari debere, qui sanguine hostium madere nolissent. Cum ipsis denique Numantinos fide capta civitate, concremavit, ut nullus evaserit. Metellus in Africa, Albino imperante, subjugatum accepit exercitum, quem ita emendavit veteribus institutis, & disciplinæ majorum, ut potest eos, à quibus sub pugni missi fuerant, superarent. Cymbri quoque Cæpionis, & Manili, & Syllani legiones inter Galias deleverunt, quarum reliquias cum C. Marius suscepisset, ita eruditivè scientiæ, & arte pugnandi, ut innumerabilem multitudinem non solum Cymbrorum, sed etiam Teutonum, & Umbrorum publico Marte deleret. Facilius autem est ad virtutem novos instruere quam revocare præteritos. Flavius Vegetius cap. 10. lib. 3. rei militaris.

PRÆLIUM, PUGNÆ TEMPUS.

Publius Scipio in Hispania, cum compertisset Hasdubralem Ponorum Ducem exercitu jejuno mane processisse in aciem, continuè in horam septimam suos, quibus præcepit, ut quiescerent, & cibum caperent, cumque hostes, inedia, siti, mora sub armis fatigati, repetere castra cepissent, subito copias eduxit, & commisso prælio, vicit.

L. B. Theat. vii. Human. Tom. VI.

Metellus Pius in Hispania adversus Herculejum, cum ille oriente protinus die instructam aciem vallo ejus admovisset, E servidissimo tunc tempore anni, intra castra suos continuit, in horam diei sextam, atque ita fatigatos astitit, facile integris, & recentibus vicit suorum viribus.

Idem junctis cum Pompejo castris adversus Sertorium in Hispania, cum sæpe intruxisset aciem, hoste, qui imparem se duobus credebat, pugnam detrectante: quodam deinde tempore, cum Sertorianos milites animadvertisset magno impetu insinctos, depolentes pugnam, humerosque excentes, & lanceas vibrantes, existimavit ardori cedendum in tempore, recepitque exercitum, & Pompejo idem faciendi author fuit.

Posthumus Cof. in Sicilia, cum castra ejus à Punicis trium millium passuum spatio distarent, & dictatores Carthagenensium quotidie ante ipsa munimenta Romanorum dirigerent aciem, exigua manu levibus assidue præliis pro vallo resistebat: quam consuetudinem contentem jam Panno, reliquis omnibus per quietem intra vallum præparatis ex more pristino, cum paucis sustinuit incursum adversariorum, ac solito diutius detinuit, quibus fatigatis, post sextam horam, & jam se recipientibus, cum & inedia quoque laborarent, per recentes suos, hostem quem prædicta profligaverat incommoda, fugavit.

Iphicrates Atheniensis, quia exploraverat, eodem assidue tempore hostes cibum capere, maturius veluti suos iussit, & eduxit in aciem, aggressisque hostem ita detinuit, ut ei nec conflagendi, nec abeundi daret facultatem. Inclinato deinde jam die rediit suos, & mililominus in armis retinuit: fatigati hostes non statione magis, quàm inedia, statim ad corporis curam, & cibum capiendum cõtinuaverunt: Iphicrates tursus eduxit, & incompositi hostis aggressus est castra.

Idem cum adversus Lacedæmonios pluribus diebus castra cominus haberet, & utraque pars certis temporibus assidue pabulatum, signatumque procederet quodam die militum habitu, servos, laxaque dimisit ad munera, milites retinuit, & cum hostes dispersi viderent ad similia munera, expugnavit castra eorum inermesque cum fascibus passim ad tumultum recurrentes facile aut cecidit, aut cepit.

Verginius Cof. in Volsis, cum procurere hostes effusus ex longinquo vidisset, quiescere suos, ac desina tenere pila iussit. Tunc anhelatos, integris viribus exercitus sui aggressus auerit.

Fabius Maximus, non ignarus Gallos, & Samnites primo impetu prævalere, suorum autem insatigabiles spiritus, inter moras decertandi etiam incallescere, imperavit militibus, ut contenti essent primo congressu sustinere, ut hostem mora fatigaret: quod ubi successit, admoto etiam subsidio suis, in prima acie universis viribus oppressum fudit hostem.

Philippus ad Cheronæam, memor sibi esse militem longo usu duratum, Atheniensibus aciem quidem, sed exercitum tantum violentum, ex industria prælium traxit: moxque languentibus jam Atheniensibus, concitatus intulit signa, & ipsos cecidit.

Lacedæmonii certiores ab exploratoribus facti, Messenios in cam exarsisse rabiem, ut in prælium cum conjugibus ac liberis descenderent, pugnam distulerunt.

C. Caesar bello civili cum exercitu Afranii, & Patreii circumvallatum, siti angeter, si que ob hoc exasperatus, intersectis omnibus impedimentis ad pugnam descendisset, contumuit suos, arbitratus alienum dimicationi tempus, quod adversarios & ira, & desperatione incenderat.

C. Pompejus fugientem Mithridatem cupiens ad prælium compellere, elegit tempus dimicationi nocturnum, ut abeundi se opponeret: atque ita præparatus, subiam hostibus necessitatem decernendi iniecit. Præterea sic constituit aciem, ut Ponticorum quidem oculos adversa luna perstringeret, suis autem illustrem, & conspicuum præberet hostem.

Jugurtham autem constar memorem virtutis Romanorum semper inclinato die committere prælia solitum, ut si fugeretur sui, opportunitatem noctem haberent ad delatendum.

Lucullus adversus Mithridatem, & Tigranem, in Armenia majore apud Tigranoceram, cum ipse non amplius quindecim milia armorum haberet, hostis autem innumerablem multitudinem, eoque ipso inhabilem, ut si fugeretur incommodo, nondum ordinatum hostium aciem invasis, atque ita protinus dissipavit, ut ipsi quoque Reges abjectis insignibus fugerent.

C. Tiberius Nero adversus Panmonios, cum barbari feroces in aciem oriente statim die processissent, continuè suos, passusque est hostem nebula, & imbribus, qui forte illo die et ceteri